This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

DE
61
.C9
F73


ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
STATUM SPICE



E
1
9
73

LIBER SINGULARIS

DE

BYSSO ANTIQUORUM,

QUO,

EX ÆGYPTIA LINGUA,
RES VESTIARIA ANTIQUORUM,

IMPRIMIS

In S. CODICE HEBRÆORUM
occurrens, explicatur:

ADDITÆ AD CALCEM

MANTISSÆ ÆGYPTIACÆ V.

OMNIA CURA ET STUDIO

JOANNIS REINOLDI FORSTER, LL.D.
Societat. Regiæ Scient. ut & Antiqu. ap. Lond. Sodalis.

——— Ego cur acquirere pauca
Si poſſum, invidear? HORATIUS.

LONDINI,
Typis exſcripſerunt *Gul. Bowyer* & *J. Nichols*:
Proſtat apud B. WHITE, T. CADELL, & P. ELMSLEY.
MDCCLXXVI.

mst. Archaeol. Res.
Hierseemann
7-29-38
36813

HONORABILI ET PLURIMUM REVERENDO

SHUTE BARRINGTON,

EPISCOPO LLANDAVIENSI, S. P. D.

JOANNES REINOLDUS FORSTER.

EX quo primum TIBI, VIR HONORABILIS ET PLURIMUM REVERENDE, innotui, tanta comitate me accepisti; toties me consilio, auctoritate, re adjuvisti; tantisque me beneficiis devinxisti, ut profecto ingratissimi animi notam merito incurrerem, ni heic loci idem publice declararem.

Hæc TUA benefacta quidem lubenter magna esse agnosco; verum ea non minora sunt, quod ea præstiteris homini

mini extraneo, obſcuro, & umbratico ſtudiorum generi addicto. Majora hiſce, quod omnes Eruditi Te Amicis & Patronis ſuis accenſere queant, quos officiis proſequeris, conſiliis adjuvas & patrocinio Tuo ſublevas. Maximum vero, quod omnia benefacta, inſigni Tua urbanitate & facilitate, magis hominibus ſeſe probent; quodque Tu omnia humanitatis officia, non operoſe, ſed veluti aliud agendo præſtes; & ita tamen accurate iis fungaris, acſi nulli alio quam huic muneri unquam vacaveris, & vitam in eo obeundo conſumſeris.

Hiſce virtutibus conſpicuum, (quibus pauciſſimi noſtri ævi Viri ſunt exornati) liceat mihi gratulari Reipublicæ Te talem Porcerem admotum, Eccleſiæ vero

vero Præſulem. Liceat mihi porro gratulari omnibus bonis, & optimarum litterarum Studioſis, quod noſtra Britannia magnorum virorum feraciſſima, TE in tam merito faſtigio collocatum conſpiciat. Denique & mihimet ipſe gratulor, quod TE imprimis Patronum ſim nactus, & quod mihi haſce pagellas in publicum emittere paranti, permiſeris nomen TUUM præfigere.

Verum ſupereſt ut hiſce divinæ providentiæ & Tuæ comitatis, hu anitatiſque muneribus non deſit perpetuitas. Id unum igitur a DEO TER O. M. votis precibuſque pie, ſancte, ferventerque expetimus, ut quam diutiſſime Reipublicæ, Eccleſiæ, amicis, clientibus & omnibus bonis ſerveris ſalvus & incolumis: id enim ex vitæ anteactæ

tenore conſtat, TE numquam nobis defuturum.

Hiſce publicis votis, id unicum privatum addam, ut NUMEN SUPREMUM iis, quibus me in hanc diem cumulavit benefactis annuat, & me indies magis dignum reddat TUO Patrocinio, TUA humanitate, TUO denique amore. Vale. Dabam Londini. Kalendis Februarii, Anni MDCCLXXVI.

PRÆ-

PRÆFATIO.

JAM plures elapſi ſunt anni, ex quo libellum, quem nunc publici juris facio, conſcripſi. Id potiſſimum feci ut ſtudia Linguæ Ægyptiacæ, quæ tunc temporis frigebant, magis Viris Eruditione & doctrina conſpicuis commendarem; utque oſtenderem aliquam equidem utilitatem ex hoc ſtudiorum genere, (quod plerique faſtidiunt) poſſe in litteras dimanare. Quam parce uſus ſim jure conjectandi, quilibet æquus lector dijudicare poterit. Mantiſſas ad calcem opuſculi de Byſſo adjeci, ne plagulæ vacuæ eſſent: nec me in eis jacto, verum conjecturas meras me propoſuiſſe, ſincere fateor; tales tamen, quæ forſan utiles poterint eſſe iis, qui vera quærunt. Si Viris conſummati Judicii, hæc opella non diſplicuerit, id mihi ſatis præmii eſſe pro hocce labore, credam; & ſi me comiter rectiora

rectiora docuerint, bene actum esse mecum, reputabo: iis vero, qui maledictis incessere solent, quos a sua sententia alienos esse vident, si me quoque convitiis proscindent, nil regeram; quia id alienum credo a Viri boni & eruditi moribus, & quia alia magis necessaria negotia prohibent in lites descendere. Si quæ Errata ab operis fuerint commissa ea B. L. excusabis; & pauca, quæ ipse detexi Sphalmata, corrigere non gravabere.

De

DE BYSSO ANTIQUORUM,

LIBER SINGULARIS.

I.

DE Byſſo antiquorum agere conſtitui, ſimul vero, ex antiqua Ægyptiorum lingua, vocibus quibuſdam Codicis Hebræi lucem affundere. Rem arduam, magnique laboris aggredior, nil enim inter res antiquas æque obſcurum; et ſi quid circa res haſce a viris doctiſſimis monitum videmus, id vel quaſi aliud agendo ſcripſere, neque ita ut major lux rebus antiquis accenderetur. Præterea diſſidia autorum circa res antiquas, omnem hanc materiam non

illuſtrarunt; ſed potius id effecerunt ut jam mihi dicendum ſit cum comico:

Feciſtis probe
Incertior ſum multo, quam dudum *.

Hæc omnia rem multo reddunt difficiliorem, ideoque ſi eandem non omni luce clariorem reddere potero, id tamen imprimis annitar, ut obſervationes quaſdam haud vulgares, ut ſpero, judicio orbis eruditi ſubmittam. Antequam vero eas in medium proferam, ordinem, quo me id optime præſtiturum credo, paucis exponam. Erat mihi quidem in animo, omnes, quantum poſſem, doctorum virorum ſententias circa Byſſum colligere, & meam de eis ſententiam dicere; at ſunt mihi plurimæ rationes, quo minus id perficere queam; itaque omiſſa operoſa enumeratione ſententiarum; primum in nomen Byſſi & Goſſipii inquiram, & haſce a reliquis id generis mercibus ad rem veſtiariam apud antiquos adhibitis, diſtinguam; ideoque omnes hujus generis plantas ex mente botanicorum deſcribam; dein de prima origine & uſu

* Terent. Phorm. ii. 4, 19.

Byſſi

Byſſi differam, loca unde variæ ejus ſpecies allatæ fuerint paſſim indicabo: indeque diſpiciam an omnia Ægypti lina fuerint Byſſina & Xylina, ſimul & varias ex Byſſo & Goſſipio apud antiquos factas telas memorabo, ſic et veſtes pictas acu, coloribus, pigmentis. Partem etymologicam, qua voces Hebræi codicis ex lingua Ægypti explicare annitar, hinc inde operi interſpergam, ne nimium tædium lectori pariam.

II. Primum itaque ſit noſtrum negotium in originem nominis Byſſi inquirere. *Byſſus* eſt vox, quam Romani primum a Græcis, latius propagato imperio, una cum re ipſa accepere. *Heſychius*, *Suidas*, & autor *Etymologici*, Byſſum de colore purpureo intelligunt. *Heſychius* enim ait Βυσσον εſſe χρωμα αντι της υσγης παραλαμβανομενον: idem Βυσσινα exponit πορφυρα. *Suidas* itidem ait Βυσσον eſſe βαφην εκ πορφυρας; & Βυσσινον, τω Βυσσω βεβαμμενον. Etymologicon magnum ex editione Sylburgii habet Βυσσος ειδος βοτανης. εξ ου τα απ' αυτης βαπτομενα ἱματια, Βυσσινα λεγονται. Sed certe falluntur: id probabile

 videtur,

videtur, temporibus quo Heſychius, Suidas, & auctor Etymologici vixere, Byſſum pro colore uſurpatam fuiſſe. Rectius illi, qui de genere lini intelligunt. Jam vidimus Etymologici autorem Byſſum vocare εἰδος βοτάνης. Philoſtratus de vitâ Apollonii, lib. ii. c. 20. pag. 70. τὴν δὲ Βυσσον φυεσθαι δενδρου φασιν. Euſtathius in παρεκβολαις ad Diqnyſ. Perieget. verſ. 754. ſequentibus, hæc inter alia meminit; Φασι δε και την Βυσσον απο βοτανης συναγεσθαι. Iſidorus Originum, l. xix. c. 27. *Byſſum genus eſt quoddam lini, nimium candidi & molliſſimi.* Idem Commentar. in Exod. c. xlviii. *Byſſus enim linum eſt candidum,* & Originum, l. xix. c. 22. *Byſſina candida, confecta ex quodam genere lini groſſioris. Sunt et qui genus quoddam lini Byſſum eſſe exiſtiment.* Quem locum in mendo cubare ſuſpicor, & legere mallem: *Sunt & qui genus quoddam* LANÆ *Byſſum eſſe exiſtimant.* Iſidorus enim jam obſervaverat Byſſum eſſe confectam ex quoddam genere lini; hæc præterea correctio fit magis probabilis, ſi conſideres verba Julii Pollucis Onomaſtici, lib. vii. c. 17. Και μεν και τα Βυσσινα, και ἡ Βυσσος, λινου τι ειδος παρ'

παρ' Ινδοις. ηδη δε και παρ' Αιγυπτιοις απο ξυλου τι εριον γιγνεσθαι· Hæc quidem ſatis ſuperque probant, Byſſum non eſſe purpuram, ſed genus *lini*, quod teſte Polluce, ut vidimus, in India primum, poſtmodum & in Ægypto habebatur. At Plinius *Byſſum*, lib. xix. c. 1. *quoque circa Elim in Achaia genitam* affirmat: hæc ſolus Plinius habet. Hieronymus Comment. in Ezek. c. xxvii. dicit: *Byſſus in Ægypto quam maxime naſcitur*: ſic & Judæorum doctores שש quod οἱ LXX ſemper per Βυσσος reddiderunt, nunquam aliter niſi per *linum*, & quidem *Ægyptium* exponunt. Aben Eſra in Exod. SHESH *idem eſt quod* BAD, *ſpecies quædam lini, quod naſcitur in Ægypto tantum.* Abarbanel ad Exod. xxv. SHESH *eſt linum Ægyptiacum, quod eſt præſtantiſſimum omnis generis lini*; id forte ex Jarchio, qui ad eundem locum ſic habet; SHESH *eſt* BAD, *ſive linum, ſpecies quædam lini: Reperitur autem in Ægypto tantum*; idem Jarchius, alio loco explicat SHESH per בוץ BYSSUM; i. e. *linum ex provincia Peluſiaca*; ſic & Bartenora in ſuis Gloſſis: *Peluſiacum eſt Byſſus tenuis & elegans*,

quæ adfertur ex terra Ramſes, unde luculenter patet, Byſſum fuiſſe lini genus in India & Ægypto natum. Arrianus in Indicis, p. 179, edit. H. Steph. magis diſerte hoc lini genus explicat, dicens: Εσθητι δε Ινδοι λινεη χρεονται, καπαπερ λεγεται Νεαρχος· λινου του απο των δενδρεων. Byſſus itaque genus lini arborei, cujus Plinius l. c. meminit. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui Goſſipion vocant, plures Xylon, & ideo lana inde facta Xylina.* His conſona Tertullianus habet in libro de Pallio, ubi ſic diſputat: *quoniam & arbuſta veſtiunt.* Hæc omnia, ſi cum verbis Philoſtrati ſupra allatis comparaveris, reperies, Byſſum eſſe linum ex arboribus, ſive fruticibus, in India & Ægypto decerptum; de qua re Herodotus agit, lib. iii. c. 106. τα δε δενδρεα τα αγρια αυτοθι φερει καρπον ειριον καλλονη τε προφερονα, και αρετη τη απο των οιων· και εσθητι οι Ινδοι απο τουτων των δενδρεων χρεονται, et capite 47. meminit thoracis, quem Amaſis rex Lacedæmoniis miſit, & quem Samii interceperant, κεκοσμημενον δε χρυσω και ειριοισι απο ξυλου. Jam hancce arboream lanam nil aliud niſi

Philoſtrati Byſſum in arboribus creſcentem eſſe facile apparet. Mela, lib. iii. c. 8. de India dicit: *Tam pinguis alicubi & tam feracis ſoli, ut in ea mella frondibus defluant, lanas ſilvæ ferant,* & paucis interjectis, *Lino alii veſtiuntur aut lanis quas diximus.* Sic et jam olim Cteſias de hiſce lanis egerat, ut ex Servio in illud Virgilii,

Et circum textum croceo velamen Acantho,

apparet; ſic enim habet: *Cteſias ait in India eſſe arbores quæ lanam ferant.* Strabo, l, xv. Εκ δε της αυ̃ης αι̃ιας, ενιοις (ſcilicet δενδροις) και επανθειν εριον, refert de India ex Nearcho. Arrianus in Periplo, pag. 36. in Geogr. minor. Hudſoni, παραπλει̃ται εν αυ̃η πολις μεσογειος μεγιστη λεγομενη Θινα, αφης το τε ερίον, και το οθονιον το σηρικον——φερει̃ται: Hæc Thina terminus navigationis antiquorum, uti videtur, fuit Cambodia urbs, in cujus vicinia ſunt ruinæ antiquæ cujuſdam urbis, quam Thinam ſuſpicor, cum docto imprimis viro Caverhillio, cujus erudita commentatio de termino orbis veteribus cogniti, verſus Orientem, ante aliquot annos in ſocietatis regiæ publico conſeſſu lecta & nunc publici juris facta fuit

Theophraſtus hiſtoriæ Plantarum, l. iv. c. 9. de Tylo inſula Sinus Arabici vel potius Perſici, refert: Φερειν δε την νησον και τα δενδρα, και τα εριοφορα πολλα. Dein pluribus interjectis addit: γινεσθαι δε τουτο και εν Ινδοις, ωσπερ ελεχθη και εν Αραβια. De eadem certe lana quoque intelligendus Ulpianus leg. ſi cui lana legetur § de legatis iii. *Lana legata, etiam leporinam lanam & anſerinam & caprinam credo contineri: & de lino quam Græci* εριοξυλον, *hoc eſt ligneam lanam, appellant.* Pollux, l. c. de Byſſo diſerte docet, eandem eſſe factam partim ex lana arborea; at totum hunc Pollucis locum infra exhibere animus eſt. Hinc jam ponderatis omnibus rationibus, apparet; Byſſum eſſe genus lini, quod in Arboribus, fruticetis, & plantis provenit, in India, Arabia, & Ægypto; hujuſce plantæ lanuginem a quibuſdam *lanam*, ab aliis εριοξυλον *ligneam lanam*, a *nonnullis* barbara voce *Goſſipion*, a plurimis denique ξυλον appellatam fuiſſe; Ebræorum denique שש *Sheſh* eſſe hancce *Byſſum*, eamque alio nomine בץ vel בוץ appellari, præſertim poſtquam Judæi cum Chaldæis & Perſis

& Perſis commercia jungere didiciſſent, victi ſcilicet & parere iiſdem ut dominis coacti; nunquam enim ante hæc tempora in Sacro Codice occurrit, vox בַּד vel בּוּץ ſemper enim a Joſephi Patriarchæ ad Salomonis ætatem voce שֵׁשׁ utebantur. Hæ rationes plures induxere, uti Byſſum vocem, non origine Græcam, ſed orientalem crediderint, et quidem uti Relandus Diſſert. Miſcell. Diſſ. vi. de veteri lingua Indica, parte I. p. 212 & 213. obſervat, *eſt Perſicum & Arabicum* بز *Baz, linum.* Mihi hæc minus arrident; quia certe *Byſſus* ſive *Sheſh* primum in Ægypto in veſtium uſum ceſſit: ſequioribus vero demum temporibus ex India & inſulis maris Indici ad Perſas, eorumque in Aſiæ dominatu deceſſores Babylonios, Medos, Aſſyrios, allata fuit: ideoque vocis originem potius ad Ægyptiorum linguam referendam cenſeo; cum Hebræi & Græci certe cum Ægyptiis commercia ab omni ætate habuiſſe videantur; quod nemo ſanus negabit, cui ſacri codicis hiſtoria, reſque Græcæ, a Cecropis, Danai, Cadmi, imo & Inachi temporibus perſpectæ ſunt; Homerus certe

certe in Odyſſea id nobis demonſtravit, ipſi jam Ægyptum probe notam fuiſſe. India vero & res Indicæ, imo & Perſicæ, ante Cyri res in Lydia geſtas, Herodoti tempora & Cteſiæ ætatem, prorſus Græcis ignotæ fuere: qua re ſatis ſuperque probatum eſſe puto, Græcos Byſſum & nomen cum ipſa re ab Ægyptiis accepiſſe; ſi itaque quædam ratio hujus nominis ex Ægyptiæ linguæ λειψανοις reddi poteſt, id recte riteque factum videri.

II. Sed video Byſſum ſæpius cum *lino*, imo cum *ſerico* & *bombycinis* confundi; ideo id imprimis oſtendam, quid quævis harum mercium apud antiquos fuerit. Si inſpexeris veteres quid ſit Sindon, aiunt *Sindon, tunica lintea:* ſic Gloſſarium Vetus, & Iſidorus Origen. lib. xix. c. 25. *Anaboladium amictorium lineum fœminarum, quo humeri operiuntur, quod Græci & Latini Sindonem appellant.* Pollux lib. vii. c. 16. Περι λινων εδητων. hæc habet: Σινδων, εστιν Αιγυπτια μεν, περιβολαιον δ' αν ειη, το νυν δικροσσον καλουμενον. Itaque non dubium Sindona ex lino factam, non ex lana: at alia quæſtio manet, an ex lino vel ex lino Xylino.

Xylino. Apud Arrianum enim in Periplo maris Rubri, Sindones enumerantur inter merces ex India allatas; in India vero linum non erat: nec quidem noſtra ætate linum reperitur in India, quod jam Oſbeckius in Itinerario oſtendit, p. 383. vol. i. edit. Anglicæ; ſed omne linum importabatur in Indiam ex Ægypto, non in telis, ſed jam in veſtes paratas, ſciſſum & ſutum. Quod imprimis certum eſt de Μουζα Arabiæ Felicis portu, quo Ægyptii οθονιον inferebant. Ægyptus regio lini feraciſſima, adeo ut Romanis & Græcis, imo & Syriæ lina Ægyptia ſufficirent, certe non egebat lino; itaque Sindones & othonia, vel lintea ex India petita, nonniſi Goſſypina ſeu Xylina fuere. Mela quidem l. c. ait: *Lino veſtiuntur Indi aut Lanis quas diximus*, ſed fallitur; deceptus, uti jam a Salmaſio obſervatum eſt in Solinum, a Græco autore unde accepit ſua, ſcribente, Ινδοι ερια χρωνται η λινῳ; id eſt, illis lanis veſtiuntur quæ linum erant, ſcilicet *xylinis*. Hinc jam patet, linum quidem a Byſſo prorſus fuiſſe diſtinctum; et ſi alicubi mentio facta eſt lini Ægyptii, cujus Plinius plures enumerat

enumerat ſpecies, certe linum commune intelligendum; at ſi linum memoratur ex India ſeu Sindones & othonia Indica, certe nonniſi Xylina hæc lintea eſſe poſſunt.

IV. Circa Bombycina ſi non tantus apud veteres diſſenſus, certe adeo obſcura ejus mentio facta, ut maxima difficultas ſit eruendi quid per bombycem intelligatur. Antiquiſſimus forte auctorum eſt Ariſtoteles, qui ejus mentionem injicit, Hiſt. Animal. l. v. c. 19. Εκ δε τινος σκωληκος μεγαλου, ος εχει οιον κεραλα· και διαφερει των αλλων, γινεται δε πρωτον μεν, μεταβαλλοντος τε σκωληκος, καμπη, επειτα βομβυλιος, εκ δε τουτου νεκυδαλος· εν εξ δε μησι μεταβαλλει ταυτας τας μορφας πασας εκ δε τουτου τε ζωου, και τα βομβυκια αγαλυουσι των γυναικων τινες αναπηνιζομεναι, καπειτα υφαινουσι. Πρωτη δε λεγεται υφαιναι εν Κῳ Παμφυλη Λαθωυ θυγατηρ. Plinius hunc locum certe ob oculos habuit, cum lib. xi. c. 22. *de Bombycibus & bombylio & necydalo & quis primus bombycinam veſtem invenerit*, ſequentia ſcribit: *Quartum inter hæc genus bombycum in Aſſyria proveniens, majus quam ſupra dicta. Nidos luto fingunt, ſalis ſpecie, applicatos lapidi, tanta duritia,*

duritia, ut ſpiculis perforari vix poſſint. In iis ceras largius quam apes faciunt, deinde majorem vermiculum. Et alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendente ſui generis cornua. Primum eruca fit deinde quod vocatur Bombylius, ex eo necydalus, ex hoc in ſex menſibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rurſusque texere invenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis ut denudet fœminas veſtis. Hæc ad verbum fere ſunt Ariſtotelis: at capite ſequenti *de bombyce Coa* agit: *Bombycas & in Co inſula naſci tradunt; Cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decuſſum, terræ halitu animante. Fieri autem primo papiliones parvos nudoſque mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, & adverſum hyemem tunicas ſibi inſtaurare. denſas, pedum aſperitate radentes foliorum lanuginem vellere. Hanc ab his cogi unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Poſtea apprehenſam corpore involvi nido volubili. Tum ab homine tolli, fictilibuſque vaſis tepore & fur-*

furfurum eſca nutriri: atque ita ſubnaſci ſui generis plumas, quibus veſtitos ad alia penſa dimitti. Quæ vero cœpta ſint lanificia humore lenteſcere, mox in fila tenuari junceo fuſo. Nec puduit has veſtes uſurpare etiam viros, levitatem propter æſtivam. In tantum a lorica gerenda diſcere mores, ut oneri ſit etiam veſtis. Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus. Iſidoris Originum, l. xii. c. 5. ſic de Bombyce agit: *Bombyx frondium vermis, ex cujus textura bombycinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine ab eo quod evacuetur dum fila generat et aër ſolus in eo remanet.* deinde lib. xiv. c. 6. *Coos inſula adjacens provinciæ Atticæ, in qua Hippocrates medicus natus eſt, quæ, ut Varro teſtis eſt, arte lanificii prima in ornamento fœminarum inclaruit.* lib. xix. c. 22. *Bombycina* (veſtis ſcilicet) *eſt a bombyce vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat, quorum textura bombycinum dicitur, conficiturque in inſula Coo.* Etſi hæc autorem ſapiant parum eruditum, utpote qui Ceam Atticæ vicinam inſulam, cum Co Hippocratis medicorum principis patria confundit, tamen ſatis ſuperque probant, Iſidorum ſua ex Varrone,

Varrone, doctiſſimo ſui ævi viro, hauſiſſe. Omnibus hiſce teſtimoniis veterum penſitatis, hinc quam planiſſime apparet, duas bombyces a Plinio memorari, Aſſyriam de qua & Ariſtoteles jam egerat, quæ nihi aliud eſt niſi ſericum quod nunc noſtrates ex Sinis, India, Perſis & Turcarum regionibus, Italia & Gallia petunt. Sunt quidem tam in Ariſtotelis quam in Plinii verbis quædam, quæ minus in bombyces ſericas quadrant, at ea ſatius condonanda ſcriptoribus, qui nunquam ipſimet oculis ſuis hoſce viderant vermes. Deinde *Aſſyria bombyx* Plinio dicitur, ac ſi in Aſſyria hoſce vermes reperires tempore Ariſtotelis vel Plinii; quum potius & recentioribus temporibus, ætate Juſtiniani Imperatoris, nondum in Perſia & Aſſyria haberentur, ſed ex Seribus & India commercio peterentur bombycinæ telæ. Denique ſunt mihi rationes dubitandi, an unquam holoſericas telas Romanorum tempore habuerint antiqui: quid enim opus fuiſſet *telas redordiri & rurſus texere*, ſi holoſericæ telæ ad Græcos Romanoſque tempore Ariſtotelis & Plinii allatæ fuiſſent: ſuſpicor itaque omnes

omnes veſtes bombycinas ex oriente allatas fuiſſe *ſubſericas*, ex bombyce ſerica & xylino factas & quidem vel tantum ſtriatas; vel etiam ſtamine ex una, & trama ex altera materia facta. Altera *bombyx* erat *Coa*, facta ex telis parvorum papilionum piloſorum, qua viri fœminæque propter levitatem æſtivam promiſcue utebantur. *Aſſyria enim bombyce* pretioſiore, ſolis fœminis Plinii ætate, ceſſere viri. Nomen bombycis, Græcæ originis, a bombylio animalculo, quod bombum edere volatu ſolebat; & quidem, ut ſuſpicor, a *Coa bombyce* tranſlatum, ob ſimilitudinem quandam, ad Aſſyriam. Ex Coa bombyce fiebant *veſtes Coæ* tenuiſſimæ, & quarum meminit Horatius,

———Cois tibi pæne videre eſt
Ut nudam.

& Tibullus 2 Eleg. vi. 35.

Huic ſint & tenues veſtes, quas fœmina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.

Lucretio *malidenſia Coa* appellantur. At *bombyx Aſſyria* vel *ſerica* non raro & *Medica* appellata

appellata fuit a Græcis, teste præsertim Procopio, lib. i. Persicorum, αυτη δε εςιν ἡ μετ-αξα εξ ης ειωθασι την εσθητα εργαζεσθαι, ην παλαι μεν Ἑλληνες Μεδικην, τανυν δὲ σηρικην ονομαζουσι. A Coa, ut suspicor, bombyce, omne postmodum molle, lanuginosum *bombyx* & *bombycium* appellatum, sic apud Plinium, l. xvi. c. 36. sunt: *Bombyciæ arundines*, & lib. xix. c. 1. fructum Gossypii memorat, *cujus ex interiore bombyce lanugo netur*, sic Dioscorides lib. iii. c. 18. mentionem injicit Acanthii, ex cujus lanugine συλλεγομενου και υφαινομενου βαμβακοειδης εσθητας γενεσθαι φασι: unde factum, ut postmodum sequioribus temporibus Gossypium ab Italis vocaretur *bombagia* & *bombazo*. Jam igitur hinc apparet, *bombycem Assyriam*, quam Propertius, II. iii. 15. *Arabium bombycem* appellat:

Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.

fuisse id quod nunc sericum vocamus; de quo et Martialem credo cecinisse, l. viii. ep. 68.

Femineum lucet sic per bombycina corpus.

Bombycem vero Coam, nema alterius vermiculi, & a priori prorſus diverſi; tandem denique *Byſſum* cum bombyce Aſſyria & Coa nil commune habuiſſe.

V. Jam nunc de Serico pluribus diſſerendum erit. Quod ut recte fiat, de ſitu Sericæ prius acturi ſumus, deque origine hujus nominis, nam id certiſſimum eſt, *Sericum* textilis eſſe quoddam genus, ſic appellatum, quod a *Seris* incolis Sericæ peteretur commercio. Plinius, lib. vi. c. 22. Sic Sericæ ſitum deſcribit. *Ultra montes Emodos, Seras quoque ab ipſis aſpici, notos etiam commercio; patrem Rachiæ commeaſſe eo; advenis ſibi Seras occurſare. Ipſos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci, nullo commercio linguæ.* Et ante hæc c. 20. *Primum eorum* (Serum) *naſcitur flumen Pſitares, proximum Cambari: tertium Lanos, a quo promontorium Chryſe, ſinus Cyrnaba, flumen Atianas, ſinus & gens hominum Attacorum apricis ab omni noxio afflatu ſeclusa collibus, eadem qua Hyperborei degunt, temperie: ab Attacoris gentes*

Phruri

Phruri & Tochari, & jam Indorum Caſiri, (forte *Caſpiri*) *introrſus ad Scythas verſi, humanis corporibus veſcuntur.* Ammianus Marcellinus, l. xxiii. c. 6. inter provincias Perſicas recenſet, *Bactrianos, Sogdianos, Sacas Scythas ultra Emodon montem, Sericam, Paropaniſadas.* Propertius, lib. iv. et 3. 7. Bactras et Seras appellat: *Parthicæ telluris alumnos,* & apud Geographum Ravennatem jungitur: *India, Serica, Bactrianis.* Strabo habet: Και δη, και μεχρι Σηρων και Φαυνων εξετειναν την αρχην: pro quo recte legit Vaillant de Regno Arſacidarum μεχρι Σηρων και Φρυνων. ε. τ. α. nam Tocharis ſemper ut vicini juncti *Phryni* vel *Phruri & Seres.* Sic apud Dionyſ. Periegetem inter accolas Jaxartæ fluminis enarrantur Sacæ ver. 752.

Και Τοχαροι, Φρουροι τε, και εθνεα βαρβαρα Σηρων.

Euſtathius in Parecbolais ad hunc locum ait, τινες δε Φρυνοι γραφουσιν. De his noſtris Seris Auctor Peripli Maris Erythræi loquens: τω μεν σωματι κολοβοι και σφοδροι, πλατυπροσωποι, σιμοι, εις τελος δε ανθρωπους

λεγεσθαι Βησατας. Omnibus hiſce ponderatis, id apparet *Seras* fuiſſe gentem non adeo remotam a *Bactris*; utpote vicinam *Tocharis*, qui ſedem habuere circa *Anderabam* & *Talcam* urbes, ad ſuperiora Jaxartis fluminis vel, ut nunc vocatur, *Sir Daria*, hæc enim regio Abulfedæ, Naſir-Etuſæo & Ulugbegho in tabulis vocatur *Tokareſtan*: deinde ſita ultra *montes Emodos*, vel juga illius montis qui & ſæpius *Imaus* appellatur, & nunc eodem nomine *Mus Tag* cognitus gentibus harum regionum, ſervato in noſtram ætatem nomine. *Attacori* gens vicina *Seris*; nil aliud niſi *Utuguri*, Hunnica gens; quæ uti ex Deguigneſii ſcriptis patet, a Sinis, Græcis, Romanis & Arabicis ſcriptoribus, ad Orientem maris Caſpici collocabatur; & quidem, circa Plinii tempora, teſtibus Sinarum Scriptoribus, quædam gentes corporis Hunnici, ſedes occupaverant circa *Kaſhgar* & *Akſou* in regione quæ nunc *Bukharia minor* vocatur; hi & *Hunni albi* & *Euthalitæ* ſunt appellati, teſte Procopio, & fuere multo civiliores Hunnis Septentrionalibus, urbeſque incoluere, contra quam reliqui Hunni ſoliti ſunt facere.

facere. Præterea *Seres* erant vicini *Indicæ* & *Caſiris* vel *Caſpiris*, i. e. iis quos nunc vocamus incolas regni *Caſhmir*; nam Seres cum Indis commercia habebant. Itaque certe regiones occupabant quas parvum Tibet & Bukhariam minorem hodie vocant. Sunt in hiſce regionibus, diverſi ab Uſbeckis, qui hæc deprædantur magis, quam occupant loca, indigenæ Bukhari, quos *Særi* appellant: reliquiæ certe gentis *Sericæ*. Sed nunc jam de Origine nominis *Ser* paucis diſputabimus. Moris eſt fuitque ab omni ævo inter gentes Orientis & interiorum Aſiæ regionum, tribus varias populorum diſtinguere nominibus a coloribus variis deſumtis: ſic *albi Hunni*, ſic *alba Ruſſia*, & ipſe Ruſſorum dominus ſemper a Khalmyccis nomen *albi Tſari*, i. e. regis accepit: A Ruſſis Khalmycci, imprimis ii, qui olim in interiore Aſia ad Occaſum fluminis Irtiſh degebant, ſemper vocati ſunt *nigri Khalmycci*, at Telengutæ gens originis quondam Taricæ *alborum Khalmyccorum* nomen apud Ruſſos gerit. At princeps populus ſemper *aureæ tribus* nomen geſſit; ſic poſteri Batu

Khani ad Volgam flumen in Ruſſia degentes cum ſua tribu *Zolotaya Horda*, i. e. *aurea tribus* a Ruſſis ſunt appellati; Tatari ſuum habuere *Altun Khanum* quod lingua Mogolica *Aureum Khanum* denotat; Sinenſes ſeipſos *Kin* vocarunt, i. e. *Aureum imperium*; *Ser* lingua Tibetana *aurum* ſignificat *; igitur *Seres* ſunt gens, quam Tibetani vicini Indiæ populi tum temporis dominam harum regionum agnovere: & ut eloquar quod ſentiam, Hunnos ipſos fuiſſe ſuſpicor *Seras* hoſce, a Tibetanis Indiæ vicinis ſic appellatos: nam ſi modo reſpicere velis quales nobis deſcribantur ab Ammiano Marcellino † & a Jornande Attilas & Hunni, cap. xxiv. *Nam & quos bello forſitan minime ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant, eo quod erat eis ſpecies pavenda nigredine, ſed velut quædam, (ſi dici fas eſt) deformis offa, non facies; habenſque magis puncta quam lumina. . . . Maribus ferro genas ſecant, ut*

* Vide Fr. Auguſtin. Ant. Georgii Alphabet. Tibetanum Romæ 1762. p. 654. Forte et regio Indiæ non raro appellata *Seriada* inde nomen traxit, quod eſſet *India aurea*.

† Amm. Marcell. lib. xxxi. c. 2.

antequam

antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur ſubire tolerantiam; hinc imberbes ſeneſcunt & ſine venuſtate ephebi ſunt; quia facies ferro ſulcata, tempeſtivam pilorum gratiam per cicatrices abſumit. Exigui quidem forma, ſed arguti, motibus expediti, & ad equitandum promtiſſimi: ſcapulis, latis, & ad arcus ſagittasque parati: firmis cervicibus & in ſuperbia ſemper erecti. Jornandes Rer. Get. c. 35. *Forma brevis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aſperſus, ſimo naſo, teter colore, originis ſuæ ſigna reſtituens.* Caput ipſis nil niſi difformis moles, parvi oculi, nares depreſſæ & pene eliſæ, malæ imberbes; opimæ cervices, carnem inter femora ſua & equorum terga ſubſertam fotu calefaciunt brevi, & ſic ſatis commodam eſui credunt. Quis non hic, Seras agnoverit apud Autorem Peripli maris Erythræi τῳ μεν σωματι κολοβοι και σφοδροι, πλατυπροσωποι, σιμοι. κ. τ. λ. & tales Mogoli & Khalmycci, Hunnorum poſteri, in noſtram uſque ætatem ſunt. Deinde *Seres* vicini erant *Utuguris* ſeu *Attacoris* genti certe Hunnicæ; & quæ cum Seris ejuſdem corporis

gens erat, verum diverſæ tribus. Denique obſervandum eſt etiam id quod Plinius, lib. xxxiv. c. 41. meminit: *Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro eſt. Seris hoc cum veſtibus pellibuſque mittunt.* Arrianus in periplo maris Erythræi, p. 22, mentionem faciens mercium ex regione circa Sindum exportatarum, meminit & σηρικα δερματα και οθονιον και νημα σηρικον και Ινδικον μελαν. Quænam alia hic regio ferri boni adeo ferax intelligi poteſt, niſi eadem ex qua poſtmodum Mogoli exiêre? nempe *Ergana-kon*, circa ſuperiora Yaiki fluminis, ubi nunc plurima metalla ferri longe optimi & integer mons Magnetis obvius eſt? Hinc et factum ut apud Mungalos & Tſingis-Khani, poſteros, feſtum inſtitutum fuerit annuum, quo ferrum candens cudebatur: in memoriam forte quod ferri uſum & metalla didiciſſent, qua re, arma ſibi parare docti fuere; ſunt etiam Tatari ad flumina Condoma & Mraſa, quæ Tomo flumini juncta, tandem Irtiſhum influunt, qui ob artem ferri cudendi ejuſque metalla, a Ruſſis *Kuſnetſi*, *i. e.* fabri ferrarii, ſunt appellati; ſed hac tantum obiter dicta ſunto, quia ſerioris ſunt ævi.

ævi. Hæc eadem regio & magni pretii, muſtelarum Zybellinarum pelles aliaſque præterea præbet, quæ ſemper magni ſunt habitæ; ſed anne hæ regiones Serici bombycini fuerint feraces? dubito: & quidem eo magis, quia idem Arrianus, p. 36, inter merces ex Thina Barygazam per Baracuram (non ut male editus Arrianus habet διὰ Βακτρων ſed potius διὰ Βαρακουρων) pedeſtri itinere delatas recenſet: Ἀφ ης το τε Εριον, και το οθονιον το σερικον εις την Βαρυγαζαν διὰ Βαρακυρων πεζη φερεται. En lanas & lintea Serica! Quid hæc, non niſi xylina? Nil enim *Lana Serica* cum ipſo bombycino Serico commune habet. Hæc omnia ſatis ſuperque evincunt; *Seras* fuiſſe *Hunnos* tum temporis in regionibus circa *Kaſhgar* & *Akſou* & uſque ad *Irtyſh* & *Jayk* flumina, imo & ad Indiam & Perſiæ vicinos *Tocharos* late imperitantes, & qui hanc ob rem ferrum optimum, pelles pretioſas & lanas xylinas cum telis xylinis magna in copia apud ſe habebant: nam & nunc in Bukharia tantus xylini proventus eſt ut mercatores merces omnes, cujuſcunque generis, non niſi xylinarum telarum pretio emant & vendant, & iis

monetæ

monetæ loco utentur, in negotiis peragendis, pretioque rerum ſtatuendo. Ii idem Hunni naſis erant ſimis, faciebus latis, uti Seres, & *Aureæ* tunc *tribus* locum tenebant, quod & *Serum* nomen denotat. Neque mihi ullum dubium eſt, Sericum xylinum fuiſſe: nam ξριον σηρικον *lanam* denotat; et quod magis rem hancce probat, unanimis eſt omnium antiquitatis ſcriptorum conſenſus, de lana velleribuſque Sericis. Sic Virgilius, L. II. Georgic: ver. 120.

Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?

Et,

Ignoti facie ſed noti vellere Seres.

Sic & Plinius l. vi. c. 20. *Primi ſunt hominum qui noſcuntur Seres, lanicio ſilvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus fœminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque texendi: Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat.* Solinus, c. 50. p. 55. *Sic in tractu ejus oræ quæ ſpectat æſtivum orientem ultra inhumanos ſitus primos hominum Seres cognoſcimus, qui aquarum*

aquarum aspergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad obsequium. Hoc illud est Sericum, in usum publicum damno severitatis admissum, et quo ostendere potius corpora quam vestire primo fœminis, nunc etiam viris luxuriæ persuasit libido. Planissime apparet *lanam arboream*, non bombycum telas intelligi, præsertim si Dionysium Periegetem de Seris consulamus ver. 754 *seq.* dicentem,

Αιολα δε ξαινοντες ερημης ανθεα γαιης,
Ειματα τευχουσιν πολυδαιδαλα, τιμηεντα,
Ειδομενα χροιη λειμωνιδος ανθεσι ποιης.
Κεινοις ουτι κεν εργον αραχναων ερισειεν.

Quis hic non videt tales telas xylinas, coloribus, floribusque simillimis floribus herbæ, pictas, quales et nostra ætate in India & Bukharia minore seu Serica antiqua, fabrefaciunt? Suntque quædam ex hisce telis, tenuitate & candore memorabiles: quæ omnia dici nequeunt de Sericis bombycinis. Sed anne postea certe voces *Sericum* & *holosericum* pro bombycino fuere usurpatæ?

patæ? Fateor: ita tamen, ut jam ſupra oſtendi, omnes veſtes ex oriente allatas fuiſſe *ſubſericas*; & Romæ demum ex iis *holoſericas* vel *ſericas* factas, quod ex hac ipſa diſtinctione in *ſubſericas* & *holoveras* ſeu *holoſericas* apparet, ut et ex operoſa ratione *redordiendi* telas, rurſumque eas texendi, quod certe non opus fuiſſet, niſi veſtes allatæ tantum *ſubſericæ* fuiſſent. Sed quam clariſſime rem confecit Ammianus Marcellinus, lib. xxiii. *Apud Seres ſublucidæ ſilvæ, in quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nenteſque,* SUBTEMEN *conficiunt ſericum:* imo & Hieronymus libro de inſtitutione puellæ utrumque genus diſtinguit: *Spernat bombycum telas, Serum vellera.* Seres nempe a Sinis bombycinum accepere primum per negotiatores & veſtibus ſuis intertexuêre quas ex xylino communi faciebant & pro ſtamine bombycino, at pro trama ſeu *ſubtemine* utebantur xylino. Aſſyrii, Medæ, Perſi, primi veſtes gerebant *ſericas*, i. e. mixtas ex bombycino & xylino; Græcorum ævo Pamphyla Latoi filia in Co inſula docuit lanuginem vermium pro nemate

mate uti, id ſtatim ad Sericum tranſlätum, redordiendo fila, rurſumque texendo. Ut bombycina ſola adhiberentur. Hiſce veſtibus, jam nunc appellatis Cois ab artificio Coæ mulieris, molles & delicati tantum utebantur: & a Ptolemæis, Alexandria capta Romani Serica magna in copia habuere, nemo tamen holoſerica ex viris geſtavit; forte id Caius ſemel tentavit; niſi forte per ſerica, qualia Caius geſſit, ſubſerica potius ſunt intelligenda; nam Aelius Lampridius in Alexandro diſerte diſtinguit a holoſericis, *Veſtes ſericas raras habuit*; *holoſericas nunquam induit*, *ſubſericum nunquam donavit*: nam et Aureliani ævo adhuc holoſericum auro appenſum fuit, ideoque Aurelianus Imperator uxori ſuæ negavit Serica, i. e. holovera: at primus Heliogabalus Holoſericis uſus: deinde et innotuit Romanis, Serica ex parte eſſe bombycina & opus vermium: hinc in verba citata Virgilii, Servius cui res jam innotuerat tum temporis, quam planiſſime rem explicat: *Apud Indos & Seras ſunt quidam in arboribus vermes, & bombyces appellantur, qui in aranearum*

nearum morem, tenuiſſima fila deducunt. Unde eſt ſericum: nam lanam arboream non poſſumus accipere, quia ubique procreatur. Sic eadem ratione Iſidorus, lib. xix. c. 27. *Sericum dictum, quia id Seres primi miſerunt. Vermiculi enim ibi naſci perhibentur a quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipſi Græcè* βομβυκες *nominantur.* Denique tempore Juſtiniani Imperatoris ovula vermium ex India vel Serica, Monachi Conſtantinopolin attulere, unde omnes Europæ bombyces ſunt propagati, præſertim poſtquam Rogerius Siciliæ Rex, devicta Theſſalonica, hoſce vermes in ipſam tranſtulerit Siciliam; unde poſtmodum, per Italiam, Galliam, Hiſpaniam, imo & per Germaniam nunc ſunt diffuſi.

VI. Poſtquam de ſerico bombycino pluribus diſputavimus, ſupereſt ut et reliquas materias ad rem veſtiariam pertinentes paucis illuſtremus.—Strabo, l. xv. p. 477. ed. Caſaub. 1587. ex Nearcho refert: in India efflorescere lanam in arboribus; dein ſubjicit: τοιαυτα δε και τα σηρικα εκ τινων φλοιων ξαινομενης

ξαινομενης βυσσυ. Sericum ex Byſſo ex quibuſdam corticibus carminata. Hæc eadem Nearchi vel Strabonis verba apud Euſtathium in παρεκβολαις ad Dionyſium Periegetem, verſu 1116, reperiuntur: φασι δε και σηρικα παρ' Ινδοις γινεσθαι εκ τινων φλοιων ξαινομενης βυσσυ. Arethas in Apocalypſin hæc habet: cap. 57. Τοιουτον γαρ ἡ βυσσος φλοιος δενδρυ Ινδικυ εις λινον κατειργασμενη *. Et certe hanc Strabonis reſpicit Byſſum εκ φλοιων. At cujus arboris corticem Indi adhibere ſoliti fuerint non patet. Niſi eadem ſit arbor, cujus cortice Incolæ inſulæ *Georgii*, ſeu *O-Tahaite* ante aliquot annos modo in oceano pacifico ab Anglis inventæ, utuntur pro veſtibus, & quam *morum papyriferam* eſſe referunt navigatores, cujuſque panni ſpecimina plurium generum in Angliam allata plures curioſi viderunt. Diverſæ ab his fuere veſtes φλοϊναι, cujus Herodotus, l. iii. c. 98. in hunc modum meminit: Ουτοι μεν δη των Ινδων φορεουσι

* Forte ex cortice Muſæ hæc fila fuere extracta, ut infra obſervabimus; nam & Oſbeckius in Itinerario Sinenſi ed. Angl. talem telam ex cortice arboris cujuſdam præparatam in Sinis obſervavit.

εσθητα

εσθητα τε φλοϊνην· ην επεαν εκ του ποταμιᾳ φλουν αμησωσι, και κοψωσι, το ενθεντεν φορμου τροπον καταπλεξαντες, ὡς θωρηκα ενδυνεουσι. Hæc φλους ποταμιᾳ non adeo multum differebat ab arundine cujus meminit Plinius, l. xix. c. 1. *Quartum genus (lini* ſcilicet*) Orchomenium appellant. Fit e paluſtri velut harundine, duntaxat pannicula ejus.* Neque ab his multum abeſt illud veſtis genus, de quo *Meletius de natura hominis*, & *Tertullianus de pallio*, c. 3. loquuntur, unum ſcilicet ex papyro ſciſſa, torta & reticulatim plectendo adhibita, alterum ex *philyra* vel *membrana tiliæ* facta. Nec hæc adeo abſona; antiquiſſimis enim temporibus Ægypti ſacerdotes & calceos ha-

* Tegetem e planta coronaria, ingenioſe factam, ab incolis Novæ Zelandiæ, viſam Londini inter res curioſas a Joſepho Banks Armigero, ex Oceani Pacifici inſula allatam & ab indigenis pro veſtis genere geſtatam, plures mirati ſumus. Idem vir generoſiſſimus delineationem plantæ, & plura ejuſdem ſpecimina ſicca, videnda exhibuit mihi, pro ea, qua conſpicuus eſt humanitate, & amicitia, quam me expertum eſſe hic volens lubenſque gratoque fateor animo, Verum et ipſe poſtmodum in Nova Zelandia hanc Plantam, Veſteſque ex ea factas vidi. Nomen huic Plantæ novæ impoſui PHORMII *tenacis:* vide Nova genera Plantarum, p. 47. tab. 24.

bebant

bebant byblinos ſeu papyraceos, Herodoto teſte, l. ii. c. 37. Εσθῆα δὲ φορέουσι οἱ ἱρεες λινεην μουνην, καὶ ὑποδήματα βυβλινα.

VII. Dioſcorides lib. iii. c. 18. ait: Ακανθιον εμφερη τα φυλλα εχει τῃ λευκῃ ακανθῃ, επ ακρῳ δε ακανθωδεις εξοχας, καθ' ας αραχνοειδης εϛι χνους, ου συλλεγομενε και ὑφεντιθεμενε, βαμβακοειδης γινεται. Pro quo rectius, Jo. Ant. Saracenus legit: ε συλλεγομενου και ὑφαινομενε βαμβακοειδεις εσθητας γενεσθαι φασι. Plinius ex eodem fonte ſua hauſiſſe videtur, dum refert de *Spina alba*, l. xxiv. c. 12. *Huic ſimilis eſt ſpina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates & araneoſa lanugine obductis: qua collecta, etiam veſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in Oriente.* Hæc *veſtimenta Acanthina* appellata fuere, teſte Servio ad illud

Et circum textum croceo velamen acantho:

Virgilii, et Heſychius explicat Ακανθος περιρραμμα ὑφασμενον. Hinc patet antiquos lanuginem ſpinoſæ cujuſdam plantæ in veſtium uſum adhibuiſſe, & hæc veſtimenta *acan-*

thina. fuiſſe vocata; at quod plantæ genus præcipue adhibuerint, id me ignorare, lubenter confiteor.

VIII. Theophraſtus, l. vii. c. 13. etiam meminit generis cujuſdam bulborum lanam gerentium de eis hunc in modum differens: Μεγιςη δε και ιδιωτικη διαφορα των εριοφορων. εςι γαρ τι γενος τοιυτον, ὁ φυεται εν αιγυαλοις. εχει δε το εριον ὑπο τας πρωτας χιλονας, ως τε ανα μεσον ειναι τυτε εδωδιμυ τυ ενὸς, και τυ εξω. ὑφαινεται δε εξ αυτυ και ωοδεια και αλλα ἱματια. Neque id nunc conſtat, qualenam bulbi genus, hocce Theophraſti fuerit.

Indi in America varias adhibent plantas loco lini; & primo quidem loco *Petrus Kalmius* profeſſor Univerſitatis Aoboënſis in Finlandia vol. i. itineris in Americam ſeptentrionalem, p. 131. edit. Anglicæ, mentionem injicit, *Apocyni cannabini*, quod novi Americæ incolæ, æque ac gentes aborigines in linificia, retia, & alios hujus generis uſus adhibent. Aborigines Americæ auſtralis, circa colonias Batavorum Guianenſes utuntur

Yucca

Yucca filamentoſa; hujus enim folia conſtant congerie filamentorum alborum, longitudinem foliorum tranſeuntium, pulpaque ſaponacea conglutinatorum. Hæc filamenta macerando & carminando a pulpa ſegregant & præparant; & ſic præparata lini loco adhibent. Iiſdem & *Agave Americana* præbet lintea, veſtes calceamenta & fila; de qua re conſule *Oſbeckii iter Indicum & Sinenſe* editionis Anglicæ p. 54. Præterea & cortice marboris ignotæ ab Indis vocatæ *Samec*, in funes & tapetes dormitorias adhibent, vide *Bancroft's Eſſay on the Natural hiſtory of Guiana, p.* 49, & 95*.

Fuit

* *Muſæ* plantæ Indicæ ſpecies vocata vocabulo Indico *Tindook*, conſtat ex tunicis ſe invicem involventibus, compoſitis ex filis tenuiſſimis longitudine plantæ, & materia pulpoſa. Hæcce fila extracta, ſubtiliſſimis ſcilicet eorum ſelectis, Indæ mulieres texunt in telas tenuiſſimas, ſimiles *linteis* nunc paſſim appellatis *Cameracenſibus*, (*Cambric* vulgo) a *Cameraco* urbe. Nec ulla ſunt eis præferenda mollitia & propter levitatem æſtivam, quamvis ſint minus candida & potius fuſceſcant. Mulieres Indæ ſtamen corpori circumvolvunt, & paucorum bacillorum ope telam pretioſiſſimam perficiunt facili negotio. Vide *Hiſtorical Collection of Voyages in the South Pacific Ocean, by Alex. Dalrymple*, vol. i. p. 17, 18.

Incolæ Inſulæ *Madagaſcar* ex Libro arboris cujuſdam præparant telam pulchram & ob levitatem in pretio habitam

Fuit & *byſſus* alia ex pinna marina, cujus Strabo meminit, & quæ pro ſtolis Imperatorum adhibebatur, de qua re ad Tertullianum de Pallio Salmaſius p. 218, ſuo more copioſe & erudite agit. Verum cum hæc *byſſus* non ex lino, vel goſſypio, vel alia planta fuerit decerpta, ſed ex conchylio; ſatius duximus hic ejus tantum meminiſſe, ne ignorare hoc genus byſſi videremur.

IX. Sunt autem duo genera plantarum, quas credo ab omni ævo in veſtes adhibitas, & cujus fila *byſſum* veram & genuinam fuiſſe, non dubito. Utraque ex methodo Illuſtris *Linnæi* ad claſſem pertinet, quæ *Monadelphia Polyandria* ab ipſo appellatur. Harum plantarum in Syſtemate ſuo Celeberrimus Linnæus primam vocat *Bombacem*, ſecundam *Goſſypium:* illi *Perianthium* monophyllum, campanulatum, perſiſtens; *ore* quinquefido,

a feminis Incolarum Prom. Bonæ. Spei. Sic & Incolæ Inſularum maris Pacifici e *Scirpo ſquarroſo* aliiſque plantis, ſimiles telas texunt. Iidem quoque, ut ſupra jam monuimus, Corticem *Mori papyriferæ* in veſtes adhibent; verum etiam aliarum arborum cortices, *viz. Artocarpi communis*, & *Ficus aſperæ* &c. præparant, & pro veſtimentis utuntur.

erecto:

erecto: huic *Perianthium* duplex; *Exterius* monophyllum, ſemitrifidum, planum majus. *Interius*, monophyllum, obtuſe quinquefariam emarginatum, cyathiforme: *Corolla Bombacis*, quinquepartita, patens ſegmentis ovato-concavis: at *Goſſypii petala* quinque, baſi coalita, obcordata, plana, patentia. In *Bombace filamenta* quinque ſeu plurima ſubulata baſi connata: at in *Goſſypio*, numeroſa æque baſi connata in cylindrum, ſuperne laxa & inſerta corollæ. *Goſſypii Piſtillum* conſtat, *germine* ſubrotundo, *Stylo* columnari & *ſtigmatibus* quatuor craſſiuſculis: at Bombacis *germen* quoque ſubrotundum, verum *ſtylus* filiformis, *ſtigma* capitatum. *Bombacis Pericarpium* eſt *capſula* magna turbinato-oblonga, quinquelocularis, quinque valvis, valvulis lignoſis, includens *Semina* plurima, rotunda, involuta lana coloris fuſci: at in *Goſſypio Pericarpium* eſt *capſula* ſubrotunda acuminata loculis tribus vel quatuor, totidemque valvis, involvens *Semina* plurima ovalia in lana plerumque candida.

Species BOMBACIS ſic a Linnæo enumerantur.

1. BOMBAX *(pentandrum)* floribus pentandris. *Adulta vix aculeata, tenerior aculeos habet & folia digitata, foliolis ſeptem vel novem: habitat in Indiis.*

2. BOMBAX *(Ceiba)* floribus polyandris, foliis quinatis. *Arbor caudice aculeato, habitat in utraque India.*

3. BOMBAX *(heptaphyllum)* floribus polyandris, foliis ſeptenis. *Habitat in America, eſtque caudice inermi.*

4. BOMBAX *(goſſypina)* foliis quinquelobis acuminatis ſubtus tomentoſis. *Differt a* Goſſypio religioſo *foliis ſubtus tomentoſis & ſtaminibus diſtinctis. Habitat in India orientali.*

Species GOSSYPII haſce habet Linnæus.

1. GOSSYPIUM *(herbaceum)* foliis quinquelobis, ſubtus eglanduloſis, caule herbaceo. *Habitat in America, & India orientali, eſtque planta annua.*

2. Gos-

2. GOSSYPIUM *(barbadenſe)* foliis trilobis integerrimis ſubtus triglandulosis. *Habitat in Barbados, eſtque biennis.*

3. GOSSYPIUM *(arboreum)* foliis palmatis, lobis lanceolatis. *Habitat in Indiæ orientalis arenoſis. Sæpe lacinia parvula, inter foliorum ſinus adnata, unde ſinus obtuſi eſſe videntur.*

4. GOSSYPIUM *(hirſutum)* foliis quinquelobis ſubtus uniglandulosis, ramulis petioliſque pubeſcentibus. *Habitat in America. Eſt planta annua, ſæpe biennis.*

5. GOSSYPIUM *(religioſum)* foliis trilobis acutis ſubtus uniglandulosis, ramulis nigro-punctatis. *Habitat in Indiis, eſtque planta fruticoſa.*

Jam nunc expedit, paucis exponere quænam harum ſpecierum antiquis cognitæ fuerint. Goſſypium, hoc eodem nomine jam a Plinio memoratur, ut *frutex* quem aliqui *Goſſypion* vocant, plures *xylon*. Hinc ſuſpicor, eam hic intelligi ſpeciem Goſſypii, quam recentiores *arboreum* appellant, quia id rectius frutex quam magna arbor appellar

meretur; deinde et Græcum nomen ξυλον & εριον απο ξυλε apud Herodotum, id maxime evincit, id genus Goſſypii cognitum fuiſſe primum, quod *arboreum*, ſeu ξυλον vocari ſolet; alium adhuc argumentum poſtea in ſequentibus depromam, ex nomine hujus plantæ Ægyptio, quod magis hanc opinionem, uti credo, firmabit. Sequioribus & uti ſuſpicor Ptolemæorum temporibus etiam *herbaceum* Goſſypium Ægyptiis innotuit & ex Indiis forte importatum, pauloque frequentius coli cœptum; unde ab Etymologici Magni autore vocatur ειδος βοτανης; & a Julio Polluce exhibetur Byſſus, λινε τι ειδος παρ' Ινδοις, dein ſubjungit, ηδη δε και παρ' Αιγυπτιοις απο ξυλε τι εριον γιγνεται, εξ ου την εσθητα λινω αν τις μαλλον φαιη προσεοικεναι πλην τε παχες, εσι γαρ παχυτερα τω δενδρω καρπος επιφυεται καρυω μαλιςα προσεοικως, τριπλω* την διαφυσιν. ης διασασης, επειδαν

* Hoc veluti certiſſimo criterio evincitur, *Goſſypium* non *Bombacem* heic intelligi; quia fructus triplam habet διαφυσιν, quod nunc botanici dicerent habet *capſulam trivalvem*: Bombax vero habet quinque valvas in capſula, quæ ſemina cum lanugine continet.

ανανθη

αυανθη ωσπερ το καρυον, ενδοθεν εξαιρειται το ωσπερ εριον. Αφ ȣ κροκη γιγνεται, τον δε ςημονα υφιςασιν αυτῳ λινȣν. Heic Byſſus ideo *linum* vocatur, quia *herbaceum* erat uti linum, ſed ſero in Ægyptum ex India illatum, uti ex verbis Pollucis apparet; nam id nequaqam ex verbis Onomaſtici evinci poteſt, omne hoc genus Goſſypii ſero in Ægyptum illatum & ibi coli cœptum; nam Plinii tempore jam *Goſſypium frutex* illic naſcebatur, & Herodotus primus Hiſtoricorum, jam Amaſeos tempore fuiſſe in Ægypto εριον απο ξυλου nos docet; hinc inde profluere credo *Linum Byſſinum* & *Byſſum* fuiſſe *Goſſypium* primo *Arboreum*, dein ſequioribus temporibus *herbaceum* recentiorum.

Bombacis ſpecies quoque innotuiſſe veteribus, vix quiſquam dubitabit, dummodo locum Theophraſti inſpexerit; nam is libro iv. c. 9. p. 85. hiſtoriæ plantarum ſequentia profert: Εν Τυλῳ δε τῃ νησῳ (κειται δ'αυτη εν τῳ Αραβικῳ κολπῳ) τα μεν προς ηω τοσȣτον πληθος ειναι φασιν δενδρων, ὁ τ'εκβαινει η πλεμμυρις, ως τ'αποχυρωσθαι· παντα δε ταυτα μεγεθη

γεθη μεν εχειν ηλικα σϋκη· το δε ανθος ὑπερβαλλον τῃ ευωδια. Καρπον δε αβρωτον, ὁμοιον τῃ οψει τῳ θερμῳ. φερειν δε την νησον και τα δενδρα και τα εριοφορα πολλα. Ταυτα δε φυλλον μεν εχειν ὁμοιον τῃ αμπελῳ πλην μικρον· καρπον δε ουδενα φερειν. εν ᾧ δε το εριον ηλικον μηλον εαρινον συμμεμυκος. Οταν δε ωραιον ῃ εκπεταννυσθαι και εξαιρειν το εριον, εξ ϗ τας Σινδονας ὑφαινϵσι, τας μεν ευτελεις, τας δε πολυτελεσατας· Γινεται δε τουτο και εν Ινδοις ωσπερ ελεχθη και εν Αραβια· & idem c. 5. p. 78. Εξ ων δε (Ινδοι ſcilicet) τα ιματια ποιϵσι· το μεν φυλλον εχει ομοιον τῃ συκαμινῳ· το δε ολον φυτον τοις κυνορροδοις· φυτευϵσι δε εν τοις πεδιοις ουτο κατ' ορχους· διο και πορρωθεν αφορωσιν αμπελοι φαινονται. Hæc Theophraſti loca certe Plinius reſpexit, aut ſua ex eodem auctore hauſit; unde Theophraſtus, lib. xii. c. 10. quod inſcribitur, *de arboribus Perſicæ inſulæ, & lanigeris arboribus:* ſic enim de eis diſſerit: *Tylos inſula in eodem ſinu eſt, repleta ſilvis, quæ ſpectat orientem, quaque & ipſa æſtu maris perfunditur. Magnitudo ſingulis arboribus fici, flos ſuavitate inenarrabili, pomum lupino ſimile propter aſperitatem intactum omnibus animalibus. Ejuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu*

ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. His folia infœcunda, quæ, ni minora eſſent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ oſtendunt languinis pilas, ex quibus veſtes pretioſo linteo faciunt. Et capite ii. *De goſſympinis & arboribus ex quibus veſtes fiunt*, &c. *Arbores vocant Goſſympinos, fertiliore etiam Tylo minore quæ diſtat* X M. *paſſ. Juba circa fruticem lanugines eſſe tradit, linteaque ea Indicis præſtantiora. Arabiæ autem arbores, ex quibus veſtes faciant cynas vocari, folio palmæ ſimili. Sic Indos ſuæ arbores veſtiunt.* Et capite vi. *Sed unde veſtes faciunt lineas, foliis moro ſimilis, calice pomi, cynorrhodo. Serunt eam in campis, nec eſt gratior villarum proſpectus.* Et libro ix. cap. 1. de Lini generibus. *Æthiopes Indique e malis, Arabes cucurbitis in arboribus, ut diximus, genitis,* (ſcilicet linum faciunt.)

Ex omnibus hiſce apparet, Theophraſtum & Plinium eundem auctorem, forte Nearchum, ſecutos eſſe: ita enim ſunt conſoni ut idem planiſſime paucis mutatis exprimant.

exprimant. Id vero imprimis exinde patet, Plinium diſcedere *a Theophraſto* in deſcribenda forma capſulæ, quæ lanuginem continet; facit enim eam *cucurbitam amplitudine cotonei mali:* pro quo Theophraſtus ſolam amplitudinem deſcribit μελου εαρινου *pomi verni*, neglecta ejus figura. Dein Theophraſtus meminit ολον φυτον τοις κυνορροδοις ομοιον, *totam plantam cynorrhodo ſimilem*, i. e. acculeatam: at perperam Plinius de *calice pomi* explicat. Quis vero non facile exinde colligere poterit, hanc plantam aculeatam, folia habentem ad mori folia accedentia ſeu palmæ humanæ ſimilia, fructumque cucurbitæ oblongæ figura non aliam eſſe, niſi eam quam nunc *Bombacem Ceibam* botanici appellant, quæ eſt *caudice aculeato, foliis quinatis, & habet pericarpium turbinato-oblongum*; eſtque obvia in India orientali ejuſque vicinia. Si quis ex hujus bombacis aculeatæ lanugine crediderit factas fuiſſe *veſtes acanthinas* olim dictas, quarum mentionem ſupra injecimus, non eum multum a veritate abſcedere, crediderim. Deinde obſervo Pauſaniam in Eliacorum libro i. dicere: Η δε βυσσος η εν

τη

τῃ Ηλει, λεπτοτητος μεν ενεκα, ȣκ αποδει της Ἑβραιων, εςι δε ουχ ομοιως ξανθη. Hanc Hebræorum Byſſum ſuſpicor non ex goſſypio factam, verum ex bombacis lanugine, quæ coloris eſt fuſci & flaveſcentis; nam idem fere Philoſtratus in vita Apollonii, lib. ii. c. 20. p. 70, 71. de veſtibus byſſinis in India obſervat: Στολην δε ειναι τοις μετα τον Ινδον λινȣ, φασιν εγχωριȣ, και υποδηματα βυβλȣ, ϗ κύνην υποτε υοι. Και βυσσȣ δε τȣς φανερώτερȣς αυτων φασιν εςαλθαι. Την δε βυσσον φυεσθαι δενδρȣ φασιν, ομοιȣ μεν τῃ λευκῃ την βασιν. Παραπλησιȣ δε τῃ ιτεᾳ τα πεταλα. Και ησθηναι τῃ βυσσῳ φασιν ὁ Απολλωνιος, επειδη εοικε φαιῳ τριβωνι. Και ες Αιγυπτον δε εξ Ινδων ες πολλα των ιερων φοιτᾳ ἡ βυσσος. Mea quidem ſententia, id non ultimi momenti eſt argumentum, Byſſum Indicam fuiſſe coloris fuſci ſimilem φαιῳ τριβωνι Apollonii; pro hac definienda quæſtione; illico enim cuivis obvium eſt, hanc Byſſum fuiſſe ex bombace, quæ lanuginem habet coloris fuſci; & non ex goſſypio cui *nulla ſunt candore mollitiave præferenda*, ut Plinius vult lib. xix. c. 1. *Mollitia* omne goſſypii vel Byſſi

Byſſi genus excellebat, unde & Paryſatidis Darii Nothi uxoris dictum explicandum, ap. Plutarchum, tom. ii. apoph. p. 174, quæ in alloquio regum *verba Byſſina* a quovis requirebat. Quis enim non videt, *molliſſima verba* intelligenda eſſe.

X. Byſſus, uti in ſuperioribus oſtendimus, certe in India ab omni retro antiquitate jam fuit culta, & ſponte quoque proveniens: Herodotus certe, lib. iii. c. 106. refert de India: τα δε δενδρεα τα αγρια αυλοθι φερει καρπον ειρια καλλονη τε προφερονλα, και αρετη τη απο των οιων· και εσθητι οι Ινδοι απο τουλων των δενδρεων χρεωνλαι; unde patet, jam ſuis temporibus, id rem prorſus notam diuque fuiſſe receptam. At byſſum etiam primis retro ſeculis ab Ægyptiis fuiſſe adhibitam ad rem veſtiariam, nemo negabit, qui locum Sacræ ſcripturæ Geneſ. xli. 42. inſpexerit, ubi Joſephum videmus patriarcham a Pharaone, honoris cauſſa fuiſſe amictum *byſſo*, pro qua voce Ebræus textus habet, vocem שש & Septuaginta interpretes utuntur hic voce Græca βυσσος. At Clemens Alexandrinus,

lib. i. Strom. p. 307. narrat, Byſſum inventam fuiſſe in Ægypto tempore Semiramidis; quod tempus, ex Chronologia ſacra, incidit in ætatem Abrahami patriarchæ. Verum enimvero byſſum decerptam fuiſſe ex goſſypio arbore vel frutice non vero herbaceo, id jam paucis ſupra monuimus fulti teſtimonio Plinii, qui goſſypium Ægyptium diſertis verbis vocat *fruticem.* Aliud argumentum, nunc pro hac opinione depromere libet ex nomine byſſi Ægyptio. Ubicunque Ebræus codex vocem שש *Sheſh* & Græcus interpres βυσσος adhibet, ibi conſtanter Coptus Pentateuchi Interpres voce ϣⲉⲛⲉ *Sheně̆s* utitur: id nomen uti facile patet idem eſt cum voce Ebræa *Sheſh*, unica littera ת differentiam faciente. Sed hunc quoque ſcrupulum facile eſt eximere. Ægyptii *lignum* vel *arborem* vocant ſua lingua ϣⲉ *She:* at in vocibus compoſitis, interſerunt hoc ת inter vocem *She* & aliam compoſitionem ingredientem; id enim, voci cui præfixum eſt, addit adjectivam ſignificationem: ſic ex. gr. Joannis, cap. xviii. 1. ϣⲉⲛⲥⲓϥⲓ* *lignum cedrinum,*

* *Wilkinſius* heic, in ſua editione Novi Teſtamenti Coptici, vægrandem

num, Coptus interpres habet loco Κεδρων. ϣεⲛ̀ⲁⲗⲟⲗⲓ idem Coptus pro *vite* habet; ſed rectius ſignificat *lignum uvæ*, ſeu *arborem uveam*, ϣεⲛ̀ⲟⲥⲓ eſt *tamariſcus*, ſeu potius arbor ferens fructum tamariſci. Sic et in voce ϣεⲛ̀ⲥ *Shenēs* patet, eam eſſe compoſitam ex ϣⲉ & ⲛ nota adjectivi, & voce ⲉⲥ, quam fructum goſſypii vel *lanam* ſuſpicor ſignificaſſe *xylinam*. Ideoque Ebræi neglecta nota adjectivi dixere ϣⲉⲉⲥ שֵׁשׁ *Sheſh*. Hæc eadem vox ⲉⲥ *Es* cum articulo ⲡⲓ *pi* vel ⲡ eſt ⲡⲓⲉⲥ; *pies* vel ⲡⲉⲥ *pes*, cui ſi addideris terminationem Græcam ος, habebis planiſſime vocem βυσσος. Neque obſtat, quod ⲡ Ægyptiorum, Græci per ß expreſſerint; nam & ipſi Ægyptii ſuum ⲡ uti ß efferebant, & in dialecto Thebaidis ſibi invicem ſubſtituebant, ſic pro ⲙⲁⲡ, *map*, quod *triginta* ſignificat, in dialecto Thebaidis dicunt ⲙⲁⲁß, *maab*. Id vero quoque dignum obſervatione, Ebræos ex voce ⲡⲓⲉⲥ, formaſſe ſuum בּוּץ; quod ſemel

vægrandem errat errorem; nam pro *torrente* κεδρων vel *arboris cedrinæ*, interpretatus eſt *torrentem plantatoris*, quæ minus quadrant. Obſervaverat hæc jamdudum doctus imprimis *La Crozius*, uti patet ex ejus *Commercio Epiſtolico*.

1 Chron.

1 Chron. iv. ver. 21. ſcribitur בֻּץ; & ex Ægyptio ⲡⲓⲉⲥ, hæc eadem vox dimanavit ad Arabes & Perſas, qui pro byſſo ſuum habent بز. Neque id minus dignum notatu, quod Ebræi, in primis reipublicæ ſuæ temporibus uſi fuerint voce שֵׁשׁ; at poſt Salomonis regis tempora, vocem בוּץ uſurparunt, quarum utraque, mea quidem ſententia, ab Ægyptia lingua originem habet. Ex ſupra dictis clariſſime patet, ϣⲉⲛⲥ Ægyptiorum, eſſe compoſitam vocem; & quum ϣⲉ *lignum* vel *arborem* denotet, facile perſuaſero cuilibet cordato lectori, byſſum vel goſſypium Ægyptiorum, primis temporibus jam fuiſſe *arboream*. Ægyptii enim certe ideo hoc nomen goſſypio dedere, quia tum temporis quum apud ipſos primum inventa fuiſſet byſſus & ratio tractandi *lanam xylinam*, non aliud ejus genus ipſis innotuerat niſi *arboreum*.

XI. Etiamſi quilibet æquus lector facile videat, nos nullam vim, verbis ſcriptorum quos pro noſtra ſententia in teſtimonium advocavimus intuliſſe, tamen forte dubium

cuipiam fuerit an *byſſus ſit goſſypium*, vel *potius lini quoddam genus*. Multa hanc ſententiam videntur ſuadere; Jul. Pollux l. c. id vocat λινε τι ειδος, *genus quoddam lini*, ſic et Iſidorus l. 19. *Byſſum genus eſt quoddam lini*. Et omnes præcipui Judæorum doctores, R. Salomon Jarchi, Aben Eſra & Abarbanel quaſi conſenſu quodam *Sheſh* ſeu *Byſſum* vocant, *ſpeciem quandam lini, quæ in Ægypto tantum naſcitur*.

At facillimum eſt, hoc argumentum convellere. Nam omnes Auctores, non ſolum *Byſſum* vocant *linum Ægyptium*, verum maxime ex *India*, ubi nullum olim fuit nec nunc noſtra ætate eſt *linum*, quod oſtendimus ſupra num. 3. & Philoſtratus diſerte hoc *lini genus* Indiæ vocat εγχωριον, & βυσσον φυεσθαι δενδρε oſtendit, de quo genere et Euſtathius ad Dionyſium Periegetem meminit, βυσσος απο βοτανης συναγεσθαι. Deinde, omnes uno ore teſtantur, byſſum fieri ex lana arborea, de qua re jam fuſius egimus ſupra num. 2. Porro Julius Pollux demonſtrat, l. c. Byſſina eſſe, quum ſtamen ſeu

κροκη

κροκη fiat ex lino & ſubtemen ſeu trama ex goſſypio. Denique Pauſanias Eliacorum, I. ſequentia profert: Η δε Ηλεια χωρα τα δε αλλα εςιν ες καρπους και την βυσσον ȣχ ηκιςα εκτρεφειν αγαθη. την μεν δε κανναβιδα, και λινον και την βυσσον σπειρȣσιν. Unde mihi quidem patere videtur byſſum a lino, & cannabi utique fuiſſe toto cœlo diverſam.

XII. Præterea credo fore quoſdam objecturos, quod originem vocis Βυσσος ex Ægyptia potiſſimum lingua inveſtigaverim; cum Ebræi gens antiquiſſima & ſacer codex, complexus hiſtoricos longe antiquiſſimos, fideque digniſſimos, jam habeant vocem בץ unde Græca vox Βυσσος facillime originem traxiſſe videatur; idque nil eſſe niſi pruritum nova proferendi, dum, poſthabitis iis quæ obvia paſſim ſunt, ex lingua parum cognita origines vocum inveſtigare volumus. Fateor equidem lubenter, nil hominem liberum ingenuum & eruditum minus decere, quam hanc cuncta innovandi præpoſteram pruriginem. Nam ſi quidam ſingulari ſtudiorum generi cuidam intenti fuerint, vel

linguam aliquam minus notam penitius didicerint; id imprimis ii agere ſolent, ut orbi erudito oſtendant quantum profecerint, & quicquid poſſunt ex omni eruditionis circulo ad ſe rapiunt, ut electra ſolent, & pertinaciter retinent; neque curant quid de inventiunculis ſuis orbis eruditus judicet; ſibi enim ſolis hoc genus hominum ſapere videtur, contentique ſunt dummodo laureolam in muſtaceo ſibi quæſiverint; cæterum opiniones adeo novas & incongruas in publicum protrudunt ut nemo ſanus iiſdem accedere velit vel etiam poſſit. Hoſce hominum mores, mihi minus arridere, hic monitum volui; ne quis forte ſibi proponat, mutato nomine, de me fabulam hanc narrare. Mihi veritas in omnibus maxime placet, ejuſdem in omnibus ſcientiis me ſedulum inveſtigatorem profiteor; ſi igitur heic quædam nova minuſque trita protuli, id non ex novandi verum ex veritatis ſtudio profluxiſſe, ſincere fateor, ſancteque aſſevero; & ſi quis me rectiora docuerit, penſitatis omnibus, in ejus ſententiam lubentiſſime tranſibo, dummodo vera fuerint, & ſi veritatis

ritatis ſe amantem eſſe oſtenderit, abſtinens a ſcurrilibus verbis & conviciis, quæ ab homine ingenuo beneque morato aliena eſſe ſemper debent: (urbanitas enim facile cum veritatis ſtudio conjungi poteſt, imo debet) ſi alios perſuadere & eos in ſententiam tuam pertrahere volueris. Hæc præfatus, jam ad ipſum argumentum me conferam. Id imprimis obſervabo ex loco, Gen. xlii. 23. linguam Ebræorum, jam tempore Joſephi patriarchæ, ab Ægyptia prorſus fuiſſe diſtinctam; ideoque non mirum, ſi Hebræi cum re ſimul nomen ab Ægyptiis acceperint Byſſi. At nemo negabit Byſſum fuiſſe Ægyptiam potius, quam Ebræam: eo enim tempore quum Ægyptiis Byſſus jam in uſu eſſet, Ægyptus erat regnum florentiſſimum ſcientiis, agricultura, commerciis, legibus & artibus. Hebræi vero nomades adhuc erant; opulenti quidem ſatis pro temporum ratione, ſed nullis ſcientiis, nullis artibus, legibuſque imbuti, & agriculturam raro vel nunquam exercebant; imo neque nomen gentis peculiare ob paucitatem tum merebantur, quippe qui ſola Abrahami, ejuſque

poſterorum per Iſaacum & Jacobum familia, concludebantur. Verum hæc eadem morum diverſitas, quam planiſſime demonſtrabit, Ebræos Byſſi culturam & nomen ignoraſſe, donec tandem in Ægypto rationem ſerendi, & tractandi Byſſum, una cum nomine edocti fuerint. Poſteri enim Abrahami, modo non omnes, fuere paſtores & gens nomadica, quod et ipſi coram Pharaone ingenue fatebantur, Gen. xlvii. 3. cap. xlvi. 32. 34. & veſtes ſine dubio ſibi ex pellibus, & lana ovilla & cymatilibus pilis caprarum, rudi arte comparabant; quæque majorem ακριβειαν requirebant, ut artes texendi lintea & Byſſina ſubtiliora, ab eis prorſus ignorabantur; qui enim nomadica gens poſſet tractare lina & Byſſum, quas ſerere præparare, nere, & tum demum texere oportebat; quæ omnia ſedes fixas, certoſque requirunt lares; ſolemne enim eis erat per omnem regionem cum gregibus vagari, quemadmodum id res & anni tempora exigebant, hieme auſtrum, æſtate ſeptemtrionem petentes, & ut nova paſcua gregibus præberent, locis eis depaſtis quæ in vicinia

fuerant primorum mapalium. Sed quid pluribus hanc rem perſequar? quam Nobiliſſimus Eques I. D. MICHAELIS, Goettingenſis Profeſſor eleganter, erudite, & ingenioſe, uti ſolet, explicuit in *Commentatione de Nomadibus Palæſtinæ*. Id jam vix credo ulli dubium fore, cui ſolenne eſt res curatius penſitare: Ebræos antequam in Ægypto, tempore Joſephi, ſedes figerent, agriculturam negligentes, & per totam Palæſtinam cum gregibus errantes, artem linificii & Byſſina texendi ignoraſſe: Si vero unquam tum temporis veſtes linteas vel byſſinas pretioſiſſimas ſibi compararunt, (quo et forte Joſephi veſtis *diverſicolor* pertinet, Gen. xxxvii. 3.) eas per commercia & negotiatores Punicos ex ipſa Ægypto importatas; & hinc igitur eos cum re ipſa & nomen byſſi nactos eſſe: quod et noſtra ætate ſatis frequenter accidit, dum novos pannos vel alias merces mercatores ex peregrinis important regionibus, ut etiam ſimul nomina panni vel mercium peregrina afferant, quæ ubique in promiſcuo uſu eſſe ſolent. Sed forte aliquis crederet id Ebræis fuiſſe inſolitum, no-

mina peregrina adhibere, linguæque ſuæ admiſcere: quantum vero is a veritate abſit, facillimum foret plurimis exemplis conficere, niſi hanc Spartam viderem jam exornatam a Nobiliſſimo J. D. MICHAELIS in libello maximæ eruditionis, atque utilitatis, & vere aureo: *De variis methodis in diſcenda tradendaque lingua veterum Ebræorum.* Gratulor itaque, mihi & orbi erudito, ſummum Germaniæ & quod meretur etiam noſtræ ætatis philologum, mihi hoc otium feciſſe. Ebræi igitur quum artes non exercuiſſent, antequam in Ægypto habitaſſent, plurima vocabula ad eas ſpectantia ignorabant, & ſequioribus temporibus aut nova invenerunt, aut ex aliis linguis in ſuam cooptarunt; vel interpretando commode vocabula technica; vel denique ea ipſa, parum vel prorſus non mutata, civitate donarunt Ebræa. Idem hiſce vocibus *Sheſh* שֵׁשׁ & *byz* בַּיִץ pluribuſque aliis ad rem veſtiariam ſpectantibus accidiſſe, penitus perſuaſum mihi eſt; & nos forte in ſequentibus quædam hanc in rem exempla adducere poterimus. Idem quoque obtinere credo de inſtrumentis quibuſdam muſicis,

&

& bellicis, de machinis variis ad artes ſpectantibus, de plantis ignotis, de gemmis aliunde importatis, de aromatibus, & aliis hujus generis rebus, quarum vocabula Ebræi frequenter mutuati ſunt a vicinis ſibi & commercio connexis gentibus.

XIII. Quum in ſuperioribus innuerim, Ægypturn jam a primis retro temporibus fuiſſe regnum florentiſſimum ſcientiis, agricultura, legibus, commerciis, & artibus ; id nunc certe mei foret officii, idem pluribus confirmare argumentis, quæ ſacri codicis hiſtoria utique ampliſſime ſuppeditat. Scientias ſapientiamque Ægyptiorum omnis antiquitas celebravit, & ipſe ſanctus Protomartyr Stephanus planiſſime docet, *Moſen fuiſſe inſtructum in omni ſapientia Ægyptiorum* ; ſimus itaque contenti hoc unico, at luculento ſatis teſtimonio. Nemo ſanus, qui providam curam regis Ægyptii obſervaverit in colligendo ſollicite frumento, annis felicibus, negaverit Ægyptios agriculturam exercuiſſe, & quidem ſcite apteque ; hæ enim Ægypti copiæ, non ſolum ipſis verum & vicinis regionibus per totum

totum infelix ſeptennium ſufficiebant. Legis jam tum temporis obtinuiſſe plures per Ægyptum, vix ulli dubium erit, qui curatius ſacrum codicem evolverit; videmus enim illic varios hominum ordines; ſacerdotes eorumque præſules; ſatellites eorumque præfectos; pocillatorum & piſtorum turbam & principem utriuſque generis hominum; præfectos annonæ; præfectumque carceris: ubinam, quæſo, hæc omnia locum habere poſſunt niſi in regione, quæ per leges regitur, & in bene conſtituto firmatoque regni ſtatu, in quo quilibet malus pœnis afficitur, bene merentes præmia accipiunt? Artes vero in Ægypto floruiſſe facile eluceſcit, ſi modo quis obſervare voluerit, regios currus, byſſinas veſtes, torques aureos, annulum ſignatorium ſummi ſecundum regem officii inſigne. Commercia etiam tum temporis cum vicinis habebant gentibus; Iſmaëlitici enim negotiatores camelis importabant varias merces, ad luxum imprimis ſpectantes, aromata nempe, balſamum & myrrham. Et ut uno verbo omnia eloquar, non modo florentiſſimum, verum

& opulentiſſimum tum temporis regnum Ægyptium fuiſſe, cuivis oculato patet: & ne tædium lectori in re notiſſima pariam, id modo monere volui: hæc omnia jam erudite tractata fuiſſe a reverendo in Chriſto patre, GU. WARBURTONO Gloceſtrienſis ſedis præſule, in *Divina Moſis legatione*. Præterea jam ſupra obſervavimus, veſtes byſſinas Proregis Joſephi planiſſime probare, textoriam artem tum temporis non ſolum in uſu fuiſſe, verum & ita Ægyptios in textrina excelluiſſe ut & ipſas byſſinas ſubtilitate mollitia & candore præclaras, jam ejus ætate conficere potuerint. Quod ſane nos ſimul docet, diu artem texendi Ægyptiis cognitam fuiſſe, cum tantos in hoc artificio fecerint progreſſus: & idem teſtimonio conficitur ſcriptorum Romanorum & Græcorum. Non equidem ignoro, Græcos textrinæ inventionem ad ſuam referre Arachnem. Sed agnoſco hac lepida fabella, quaſi velo veritatem tectam: nempe Arachne ſeu Aranea, animalculum minutum & ſagax, rete ſuo ingenioſo, locum dedit inventioni nendi fila & conficiendi retia, unde Plinius memi-

nit

nit libro vii. capite de inventoribus *Linum & retia*, *Arachne* (ſcilicet invenit.) Verum eodem capite Plinius diſerte *Aegyptiis textrinæ* inventionem adſcribit, dum ait: *Ægyptii textilia* (ſcil. invenere.) Ipſi Ægyptii ſuam equidem Minervam, quam *Neith* vel *Iſidem* appellabant, textrinam inveniſſe credebant; unde Martianus Capella l. ii. p. 39. refert: *Iſis in Ægypto lini uſum ſementemque monſtravit*; & Julius Firmicus. lib. de prof. relig. p. 49. hæc habet: *Quinque Minervas fuiſſe, legentibus nobis tradit antiquitas. Una eſt Vulcani Filia, quæ Athenas condidit . . . Fuit alia in Ægypto Nili regis filia, textrinæ artis magiſtra.* In eandem quoque ſententiam verba Tertulliani de pallio, c. iii. faciunt. *Vos omnem de lanicio diſpenſionem, ſtructuramque telarum Minervæ maluiſtis, cum penes Arachnen diligentior officina ſit.* Etſi hæc omnia, pleriſque inſipide dicta ab Ægyptiis videantur, qui ad Deos Deaſque potiſſimum inventiones artium & ſcientiarum referebant: ſunt tamen ea ſana ratione accipienda. Ægyptii omnes inventiones Diis potiſſimum adſcribebant ſuis, quia nil horum

horum ſine numine quodam fieri autumabant. Numina vero apud Ægyptios erant primis temporibus ſymbola numinis ſupremi & adorandarum in ſolo & unico Deo qualitatum; veluti nobis hanc rem ſumma eruditione & eloquentia explicuit P. E. JABLONSKI in *Pantheo* ſuo *Ægyptiorum*. Hinc factum ut hæc δεισιδαιμονεςερη gens, eorumque ſacerdotes, ſuppreſſis plerumque inventorum nominibus, inventa numini adſcriberent cuidam; ſic Medicinæ inventio Æſculapio vel *Toſortho* adſcripta fuit, uti & ars quadrato lapide ſtruendi; *Thot* artem ſcribendi & reliquas artes, ex Ægyptiorum ſacerdotum doctrina, invenit. *Minerva* vel *Iſis* textrinam, vel, uti recte Plinius interpretatur, *Ægyptii textilia* invenere. Mallem itaque laudibus extollere gentis Ægyptiæ modeſtiam & pietatem, quæ probe ſibi conſcia, quam perverſi hominum ſint mores, quamque indomita eorum vanitas, ad eam ſupprimendam optimam eſt ingreſſa viam, ad numen ſupremum referens, quicquid gentiles boni vel invenerint vel fecerint, Deumque omnium bonorum auctorem prædicabat.

dicabat. At quam præpoſteri noſtrorum hominum, in hoc lumine religionis Chriſtianæ verſantium ſunt mores, qui ſæpiuſcule ſuis inventiunculis parvæ vel nullius in publicum utilitatis, adeo gloriantur; ac ſi orbis ſine eis vix ſubſiſtere poſſet. Sed miſſis eis jam e diverticulo in viam redeo; & id facile a quovis cordato mihi conceſſum iri credo; Ægyptios utique antiquiſſimis temporibus jam habuiſſe artem nendi & texendi, eamque maximopere excoluiſſe & perfeciſſe: hinc jam prona defluit conſequentia, quum Ægyptii textrinam invenerint & perfecerint, utique plurima vocabula ad eam artem ſpectantia, ab iis ſimul cum re inventa fuiſſe, & inde ad reliquas gentes dimanaſſe.

XIV. Dum vero vocabula, quæ Hebræi adhibent in linificio & textrina, paulo cu ratius inſpicio, unum alterumque ex Aegypto profectum, mihi videtur. Nolo id mordicus defendere, ſed ſatius credo opinionem meam de eis breviter tantum exponere, & ſi cui de iis aliter placuerit opinari, per me quidem

quidem licet ; imo ſi me rectiora placide & ſolide docuerit, primum credat me ipſum, ſententia mutata, aſſenſurum opinioni ipſius. Vocem Ebræam פִּשְׁתָּה ſeptuaginta interpretes per λινον expreſſere, & inde quoque Coptus interpres, eam per ⲗⲓⲛ vel ⲡⲗⲓⲛ reddidit : voci Ebrææ, maxime affine eſt aliud Ebræorum vocabulum שְׁתִי, quod plerumque redditur per στημον. In priori voce, articulus π Ægyptiorum tantum præfixus videtur voci שְׁתִי vel שְׁתָּה, quæ mihi utique Ægyptia videtur. Ægyptiis *ſtamen* vocatur ⲟⲩⲁⲧϩⲓ. Celebris JABLONSKIUS oſtendit, vocem ⲟⲩ, quæ alias articulum communis vel potius indeterminati generis denotat, ſæpiuſcule cum ipſis vocibus coaluiſſe ; & hoc quidem in hocce noſtro ⲟⲩⲁⲧϩⲓ locum habere perſuaſus ſum. Foret itaque rejecto articulo ⲁⲧϩⲓ. Jam vero Joſuæ ii. 6. occurrit פִּשְׁתֵּי עֵץ, quod Septuaginta interpretantur λινοκαλαμη ; vel ſi rectius velis reddere, λινοξυλον vel ξυλινον ſignificat : idque diſtinctionis gratia ſic appellatam credo. Pollux jam ſupra adductus, monuit in *byſſo* κροκην vel *ſubtemen* ex xylino, verum

verum *ſtamen* ςημωνα ex lino fieri ſolitam: ideo Ægyptiis ſolenne erat, id ex quo *ſtamen* facere in uſu habebant, appellare non ſolum ſuo proprio nomine ⲓⲁⲧ vel ⲛⲧⲓⲁⲧ *linum* verum & ϣⲉⲁⲧϩⲓ, i. e. *lignum* vel *plantam ſtaminis*; et ex hoc ϣⲉⲁⲧϩⲓ *ſheathi* ortum שְׁתִי *Shĕthi* & inde poſtmodum פִּשְׁתָּה; *Piſhthe* præpoſito quippe articulo ⲡⲓ, ante ϣⲉⲁⲧϩⲓ. At in loco Joſuæ, diſtinguendi gratia vocabant פִּשְׁתֵּה עֵץ *ſtamen ligneum*, i. e. *xylinum*.

XV. Linum Ægyptii ſemper geſtabant, maxime vero ad interulas adhibebant lintea veſtimenta, & lana nonniſi ad veſtes exteriores utebantur; quod ex Herodoto, lib. ii. c. 81. patet: Ενδεδυκασι δε κυθωνας λινεους, περι τα σκελεα θυσσανωτους, ους καλεουσι καλασιρις· επι τουτοισι δε ερινεα ειματα λευκα επαναβληδον φορεουσι· ου μεν τοι ες γε τα ιρα εσφερεται ερινεα, ουδε συγκαταθαπτεται σφι. ου γαρ ὁσιον. ὁμολογεουσι δε ταυτα τοισι Ορφικοισι καλεομενοισι και Βακχικοισι, εουσι δε Αιγυπτιοισι και Πυθαγορειοισι· ουδε γαρ τουτων των οργιων μετεχοντα ὁσιον εστι εν ερινεοισι ειμασι θαφθηναι. Hæc eadem quoque

quoque verba nos docent lineas veſtes ſolas in ſacris imprimis Ægyptiorum adhibitas fuiſſe: ſed idem de ſacerdotibus Herodotus, c. 37. affirmat: εσθητα δε φορεουσι οι ἱερεες λινεην μουνην, και ὑποδηματα βυβλινα. unde & frequenter ſacerdotes Ægyptiorum a Romanis ſcriptoribus *linigeri* fuere appellati.

Sic enim Ovidius canit:

Nunc Dea LINIGERA *colitur celeberrima turba.*

Et Martialis:

LINIGERI *fugiunt calvi, ſiſtrataque turba.*

Itemque Satyricus Juvenalis:

Qui grege LINIGERO *circumdatus et gregè calvo.*

Hinc & Tertullianus de corona militari differens: *Veſtem* LINTEAM, *qua Chriſtus conſtringebatur, propriam Oſiridis veſtem appellat.* Sed non ſoli ſacerdotes verum et numina ipſa & ſtatuæ Deorum linteas veſtes habuere, præterea & ii qui ſacris Iſiacis initiabantur. Suetonius enim id quoque in vita Othonis obſervat: Othonem *ſacra etiam Iſidis ſæpe in lintea religioſaque veſte propalam celebraſſe*: & Appianus de bello civili idem de Voluſiano refert: & pluribus locis Apulejus Metamorphoſeos, lib. ii. *Zachlas adeſt Ægyptius*

propheta primarius . . . . . et cum dicto juvenem quempiam, LINTEIS *amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, adusque cutem derasso capite producit in medium.* Et lib. xi. *Tunc influunt turbæ sacris divinis initiatæ, viri fœminæque omnis dignitatis & omnis ætatis* LINTEÆ *vestis candore puro luminosi.* Et mox: *Antistites sacrorum proceres illi, qui candido* LINTEAMINE *cinctum pectoralem adusque vestigia strictim injecti, potentissimorum domini proferebant insignis exuvias.* Deinde Lucio jam humana figura quum esset reddita: *Sacerdos prius præcipit tegendo mihi* LINTEAM *dari laciniam.* Hæc omnia satis superque lintearum vestium usum in sacris Ægyptiorum evincunt. Plinius vero vult, lib. xix. c. 1. hasce vestes potissimum fuisse gossypinas seu xylinas: *Vestes inde* (scilicet ex xylino) *sacerdotibus gratissimæ.* Audivimus supra tot testes pro linteis vestibus sacerdotum in Ægypto facientes; unicus Plinius; *vestes* xylinas *gratissimas fuisse* Sacerdotibus asserit. Num spreto testimonio tot gravissimorum auctorum, potius id crediderimus hasce linteas fuisse, xylinas? Sed nec id quidem

dem Plinius affirmare videtur, dicit enim ſolum, xylinas *gratiſſimas* eis *fuiſſe veſtes*; quo dicto, non excludit veſtes alius generis. Verum enimvero nec ſolus Plinius hæc affirmat; nec deſunt aliæ rationes, quibus perſuaſus, credo Sacerdotes in ſacris xylinas veſtes adhibuiſſe. Primo loco Philoſtratus, in vita Apollon. l. ii. c. 20. loco jam ſupra ſect. IX. p. 45. excitato diſerte oſtendit Indos gerere veſtem λινε εξχωριε, qua & Apollonium uſum fuiſſe affirmat, quæque byſſus vocabatur, & ab Indis in Ægyptum importabatur, quoniam in multos ſacros uſus adhibebatur. Ægyptus habebat goſſypium, ſed tantus ejus erat, præſertim in ſacris, uſus, ut ex India importaretur. Et propterea quod Indi hiſce xylinis vel byſſinis uterentur veſtibus linteis ſimillimis, vocantur apud Iſidorum Orig. lib. xix. c. 23. *linteati Indi*. Lintea linea in India nec fuere unquam, nec nunc ſunt εξχωρια, ideo certe xylina; & byſſus & σθονια in Ægyptum commercio Indico importata, non alia niſi xylina fuere. Deinde Pythagoras, qui ſua pleraque ex Ægypto hauſit, quod certe eſt res notiſſima, non

alia nisi linea utebatur veste; quod planissime patet ex Philostrato, lib. i. c. 1, 8. & 32. lib. vi. c. 2. lib. viii. c. 7. lib. iii. c. xv. ex Jamblicho de vita Pythagoræ, c. xxi. & Apulejo in Apolog. p. 131. At quoniam Pythagoras in Græciam & Italiam reversus non posset illic habere byssina seu xylina, lintea adhibuit. Id tamen ex Apulejo Metamorph. l. xi. patet, eos qui Isidis sacris initiarentur, maxime adhibuisse vestes *byssinas*, i. e. *xylinas*; sic enim ipse rem describit. *Mane factum est, et perfectis solemnibus processi duodecim sacratus stolis habitu quidem religioso satis; sed effari de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis videre præsentes plurimi. Namque in ipso ædis sacræ meditullio, ante deæ simulacrum constitutum tribunal ligneum jussus superstiti:* BYSSINA *quidem sed floride depicta veste conspicuus; & humeris dependebat pone tergum talorum tenus pretiosa chlamyda, &c.* Hæc mihi persuasere, lineas vestes sacerdotum & initiatorum in Ægypto fuisse *byssinas*, ideoque *xylinas*.

XVI. Non

XVI. Non solum Deorum simulacra, sacerdotes & initiati, verum et omnes mortui lanei vestimenti usu prohibebantur in Ægypto, & non nisi in linteis sepeliebantur; quod supra allatis Herodoti verbis probatur & Plutarcho de Osiride: inde forte quis concluderet lineas esse vestes in sepultura adhibitas, at longe alia ipse Herodotus nos docet, lib. ii. c. 86. Λυσαντες τον νεκρον, κατειλισσουσι παν αυτου το σωμα σινδονος βυσσινης τελαμοσι κατατετμημενοισι, ὑποχριοντες τῳ κομμι, τῳ δε αντι κολλης τα πολλα χρεονται Αιγυπτιοι. En habemus corpus totum cadaveris involutum fasciis scissis SINDONIS BYSSINÆ! *Byssus* autem erat non linum, sed xylinum; quod pluribus ante probavimus. Sed quid heic in propylæo moramur? adeamus potius ipsa illa adyta, sacratosque recessus, medicata Ægyptiorum corpora includentia, & illas *fascias sindonis byssynæ* paullo curatius inspiciamus, quibus corpora semper involuta fuere & adhucdum sunt. Monstrabit nobis, heic facile uti credo viam, Clarissimus ROUELLE, *in Memoires de l'Academie R. des Sciences*, A. 1750. Audiamus igitur hujus

ſummi eruditione viri judicium, quod hiſce verbis concepit: *Toutes les Toiles de Mumies, qui ſont ſans matiere refineuſe, que j'ai eu occaſion d'examiner, ſont toutes de Coton; les morceaux de Linges, dont les oiſeaux embaumés ſont garnis, afin de leur donner une figure plus elegante, ſont egalement de coton.——Le Lin des Egyptiens etoit-il le Coton, ou le Coton etoit-il conſacré par la religion pour les Embaumemens?*

Mirum dictu! omnes haſce faſcias a viro Clariſſimo viſas in Mumiis fuiſſe xylinas; itemque eas quibus aves medicatæ erant incluſæ, adeo mira hæc ipſi videbantur, ut tandem quæreret, an omnia forſan Ægypti lina olim fuerint xylina, vel anne xylinum religione fuerit conſecratum ad ſepulturas? Utique hæc poſterior opinio longe eſt certiſſima, nam id æque certum eſt, Ægyptum adhucdum eſſe lini feraciſſimam & claram olim fuiſſe proventu lini, cujus Plinius, lib. xix. c. 1. quatuor enumerat ſpecies, ideoque omnia lintea antiqua Ægyptia non fuere xylina; ea vero quibus in ſacris & præſertim in ſepulturis utebantur utique fuere xylina. Ante hoc novennium quum primum

primum hæc verba Clariſſimi ROUELLE legiſſem, ea adeo nova & vix credibilia mihi videbantur, ut ſtatuerem ipſe rem quam primum opportunitatem fuiſſem nactus, curatius expendere: Quum itaque Muſei Britannici Curatores mihi aditum ad bibliothecam & eruditam vereque regiam ſupellectilem concedere dignati fuiſſent; amiciſſimo Doctori SOLANDRO, viro eruditione urbanitateque morum imprimis conſpicuo, facile perſuaſi ut meæ curioſitati ſatisfaceret; itaque mecum curioſiſſime varia medicata corpora Muſei Britannici inſpexit, imo & aves ollis ſepulcralibus incluſas mecum examinavit; & id facillime nobis patuit, omnia linteamina, quæ & non fuerant reſinis & gummate illita, eſſe xylina, & quidem minus ſubtilia; de iis vero quæ reſinis & pigmentis erant operta, judicium ferre non licuit cujus fuerint generis. Nullus itaque dubito, omnia lintea in ſepulturis Ægyptiorum adhibita fuiſſe xylina. Et hæc quidem mihi locum dant, explicandi vocem quam Plinius nobis conſervavit, & quam Ægyptiam fuiſſe diu ſuſpicatus fueram: *Superior pars Ægypti*, ait Plinius; lib. xix. c. i. *in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui*

GOSSIPION *vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina.* Hanc vocem nunc cenſeo referendam eſſe ad ſepulturas Ægyptiorum: nam illi lingua ſua *ſepulcrum* appellant ⲕⲱⲥ. Arbor vel lignum illis eſt ϣⲉ, uti jam antea obſervaveram; & vocem ⲛⲓⲉⲥ *byſſum* ſignificare quoque in ſuperioribus retuli: hæ jam tres voces compoſitæ ⲕⲱⲥ ϣⲉ ⲛⲓⲉⲥ *Coſſepies* ſunt pronunciandæ & ſignificant *ſepulcri arborem byſſinam*, vel arborem ferentem byſſum ſepulcralem. Jam hæc vox *Coſſepies* adeo ſimilis *goſſypio*, ut nemo negare poſſit eam revera eandem plane eſſe: nec enim obſtat quod Plinius adhibeat *g* in goſſypio & Copti ⲕ in ⲕⲱⲥ. Nam obſervandum, Ægyptios antiquos nunquam habuiſſe ⲧ, & id tantum adhibuiſſe in vocibus peregrinis & in duabus vocibus Ægyptiis, nempe ⲁⲧⲱ, (pro qua tamen & ⲁⲕⲱ alii habent Mſti Codices) & ⲧⲁⲗⲗⲟⲩ, quam poſteriorem vocem forte & alia Mſta ⲕⲁⲗⲗⲟⲩ ſcribere, nullus dubito*. Et ubi

* Ex inſpectione codicis Mſti Pentateuchi in ſplendidiſſima Oxonienſi Bodlejana Bibliotheca patet, Ægyptios ſcripſiſſe aliquando hanc vocem ⲧⲁⲗⲭⲟⲩ & ϫⲉⲗⲭⲟⲩ. prior vox occurrit, Levit. xi. 19; poſterior vero, Deut. xiv. 18.

aliæ

aliæ linguæ habent *g*, Ægyptii plerumque κ adhibere ſoliti fuere. Itaque *goſſypium* foret *arbor byſſi ſepulcralis*, quia *ſindones byſſinas* in faſcias conciſas Ægyptii in condiendis corporibus adhibebant. Huc quoque ſpectat phraſis interpretis Copti Matth. xxvii. 59. ubi pro vocibus Græcis σινδονι καθαρᾳ ſubſtituit ϧⲉⲛ̀ ⲟⲩϣⲉⲛ̀ⲧⲱ ⲉⲥⲟⲩⲁⲃ *in ſindone ad ſacra*; nam ex doctrina Ægyptiorum id genus ſindonis ſepulcralis erat *ſacrum*; eodem enim byſſino veſtiebantur Dii, ſacerdotes, initiati. Verum et ipſa corpora medicata, *ſancte cuſtodiebantur* ab Ægyptiis, unde et ipſum vocabulum quo corpora ſua medicata Ægyptii appellabant, & quod ſanctus Auguſtinus nobis conſervavit, idem ſignificat: Eſt enim hæc vox *Gabaræ* & idem voces faciunt Ægyptiæ ϫⲟⲩⲁⲃ-ⲁⲣⲉϩ, *ſancte* ſcilicet *cuſtodita*. ϫ enim eſt articulus, obvius, Gen. xxvii. 4. in voce ϫⲟⲩⲱⲙ, εδεσμα, quæ deſcendit ab ⲟⲩⲱⲙ, *edere*; deinde ⲟⲩⲁⲃ, eſt *ſanctus*, & denique ⲁⲣⲉϩ, eſt vel *cuſtodia* vel *cuſtodire*. Sed τα εν τῳ παροδῳ. Redeo ad noſtrum argumentum. Nempe id ex omnibus ſupra dictis eluceſcit: *byſſum* eſſe *goſſypium*, non linum; eamque præſertim

præſertim in ſacris adhibuiſſe Ægyptios, itemque in ſepeliendis mortuis: Jam vero שש, *ſheſh* Ebræorum erat *byſſus*, non linum; (quod poſtremum imprimis Judæorum doctores ſequioris ævi volunt.) Inde itaque prona fluit conſequentia שש, *ſheſh*, eſſe *goſſypium*.

XVII. Poſtquam igitur pluribus oſtendimus *byſſum* antiquorum fuiſſe genus veſtis ex goſſypio & lino textum: vel forte ex ſolo goſſypio factum: diverſumque plane a lino, a lana, a ſerico, bombycino & a byſſo Ebræorum, quæ forſan fuit olim facta ex *Bombace Ceiba* recentiorum; id jam noſtri erit officii, varias merces ad rem veſtiariam antiquorum facientes, & ab Arriano præſertim in periplo enumeratas, paucis illuſtrare. Hæc genera veſtimentorum plerumque, duobus appellabantur nominibus; unum antiqui vocabant Οθονιον, alterum σινδων.

Οθονια λινα ιματια, *Heſychius* habet. Sed dubium unde vox hæc fuerit orta. Mihi non videtur fuiſſe Græcæ originis. Correſpondet prorſus cum voce Ebræa אמתן, Prov. vii. 16; pro qua ſic LXX Interpretes legunt;

gunt; αμφιταποις δ'εςρωκα τοις απ' Αιγυπτȣ, *ſtragulæ veſtes ex Ægypto*: unde certe et vocis origo repetenda. ⲁⲧϩⲓ ut ſupra vidimus, *ſtamen* Ægyptiis ſignificabat: ⲛ̀ⲓⲁⲩ, vel ⲟⲩⲛⲓⲁⲩ eſt *linum*. Igitur ⲁⲧϩⲓ-ⲟⲩ-ⲛ̀ⲓⲁⲩ *Athiouniau* foret *ſtamen* ſeu *veſtis linea* ſeu *lintea*; quod prorſus conſonum verbis Heſychii; Οθονια λινα ἱματια. Et hoc genus veſtium ex linteo factum, primitus ſolum vocabatur οθονιον & οθονη: dein hoc vocabulo & veſtium genus ſimile huic appellarunt quod ex India apportabatur, & ideo erat xylinum, ut omnes Indicæ telæ*. Arrianus enim varia habet οθονια ex India in Ægyptum illata, quæ ſingula heic ordine enarrabimus: Erant vero οθονια ratione pretii, textrinæ, uſus, coloris, locique varia.

1. Οθονια χυδαια. Arrianus, p. 24, 28, & 29, refert, regionem circa Barygazas fuiſſe feracem καρπασου και των εξ αυτης Ινδικων οθονιων χυδαιων: dein ait ex civitate *Ozene*, ubi olim fuit regia Barygazas devehuntur

* Vide ſupra, p. 11.

και σινδονες Ινδικαι και μολοχιναι και ικανον χυδαιον οθονιον : denique ex Tagaris Barygazam plauſtris deferunt οθονιον πολυ χυδαιον. *Othonia* ſi fuere lina ſecundum Heſychium, certe non lintea ſed xylina fuiſſe credo : nam ſupra, p. 11. jam oſtendi nulla, nec olim, nec olim, nec nunc lintea in India fuiſſe, verum omnia xylina ; hinc et οθονια quæ ex Ægypto in Indiam importabantur teſte Arriano in Periplo, p. 13. non alia niſi lintea fuere, quia xylini ipſi Indi tantam vim habebant, ut et inde in Ægyptum ingens ejus copia quotannis importaretur : hæc vero οθονια χυδαια vocabantur ob viliorem & anguſtiorem texturam & exinde vilius pretium : alia enim erant οθονια majoris pretii.

2. Μοναχη erat genus *othonii lati*, quod et Arrianus ipſe habet, p. 9. και οθονιον Ινδικον το πλατυτερον ἡ λεγομενη μοναχη και σαγματοπηναι. Appellabatur vero, quod Salmaſius recte demonſtravit, ideo μοναχη ; quod eſſet adhibita in *ſingulas* tunicas, quæ ob pretium magnum, & eximiam texturæ latitudinem non eſſent diſpoſitæ in ſynthéſes ; quæ plerumque ſeptenario conſtabant numero.

3. Σαγμα-

3. Σαγματοπηνη vel σαγματογινη. Dubium enim est quæ lectio sit melior. Id certe apparet esse οθονην constantem ex majoris molis sarcina seu sagmate; & quæ propterea adhibebatur potissimum ad stragulas; hujus generis est apud Xenophontem ςρωμαδεσμον λινον; & forte אֶטוּן, Prov. vii. 16.

4. Λεπτον *pellucidum, tenue* οθονιον. Lucianus in Dial. meretric. p. 716, 722. inter dona meretricibus offerri solita ponit ορμον των πολυτελων και οθονας των λεπτων, verum & inter viros effœminati veste pellucida utebantur: inde Ptolemæus Physcon, ridiculus Romanorum legatis fuit, teste Justino, lib. xxxvii. c. 8. *Erat enim & vultu deformis & statura brevis & sagina ventris non homini, sed belluæ, similis. Quam fœditatem nimia subtilitas pellucidæ vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant.* At præcipue meretrices, mulieres delicatiores & pudicitiæ nullam rationem habentes hoc genere vestis utebantur: unde & Hesychius dicit,

Γυναικειον

Γυναικειον οθονιον λεπτον, και παν το ισχνον καιν μη λινεν η. Græci in Italia degentes, Sybaritæ ſcilicet & Tarentini, inter quos Luxus erat ſtudioſiſſime expetitus & excultus, veſtes ex οθονιῳ λεπτῳ ſactas, geſtabant; quod Philoſtratus, l. iv. 29. teſtatur, & Athenæus qui memorat, lib. xii. παρυφην διαφανην Tarentinorum. ſic & Pollux Onomaſtic. lib. vii. c. 17. και μεν το γε ταραντινιδιον, διαφανης εςιν ενδυμα, ωνομασμενον απο της Ταραντινων χρησεως, και τρυφης. Imo in his veſtibus & mulieres pingere pictores ſolebant: ſic Polygnotus memoratur ab Aeliano variar. hiſt. iv. 3. quod graphice & accurate ἱματιων λεπτοτητας expreſſerit, unde & a Plinio xxxv. c. 9. laudatur Polygnotus, quod *primus mulieres lucida veſte pinxerit.* Neque dubium mihi, has eaſdem veſtes a Petronio ut ſolet, eleganter deſcribi per *ventum textilem* & *nebulam lineam*, quo & Fulgentii pertinent verba, Mythol. lib. i. *Aſtiterant itaque ſyrmate nebuloſo lucidæ ternæ viragines.* Hoc quoque luxuriæ genus apud Romanos Seneca, lib. vii. de Benef. perſtringit: *Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ*

ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi corpus, aut denique pudor poſſit: quibus ſumtis, mulier parum liquido nudam ſe non eſſe jurabit: Hæc ingenti ſumma ab ignotis etiam ad commercium gentibus accerſuntur, ut matronæ noſtræ ne adulteris quidem plus ſuis in cubiculo, quam in publico oſtendant. Et Epiſt. 90. p. 397. *Quid ſi contigiſſet videre has noſtri temporis telas, quibus veſtis nihil celatura conficitur: in qua non dico nullum corpori auxilium, ſed nullum pudori eſt?* Pamphila Latoi filia, mulier Coa, primum invenit viam redordiendi rurſuſque texendi telas vermium quorundam in Co inſula, unde veſtes fiebant pellucidæ Coæ; quod artificium dein & ad bombycina Aſſyria tranſlatum eſt, de qua re jam ſupra pluribus egimus. Sect. IV. p. 16. Neque ſatis conſtat mihi num Servator noſter, Sadducæorum inter Judæos perſtringens mores, Matth. xi. 8. non per μαλακα ἱματια intellexerit λεπτα, vel διαφανα οθονια.

5. Παντοιον οθονιον *varium.* Hæc *varia othonia* rurſus in varia diſpeſci poſſunt genera, vel fuere tantum ſtriata ſeu virgata; vel

vel picta, & hæc rurſus picta vel acu vel radio vel pigmentis. Arrianus Peripli, p. 28. ex regione circa Ozenen Barygazas vult delatum οθονιον παντοιον.. Aegyptii ab omni antiquitate veſtes pingere noverant, variis modis. *Acu pingere* primi ut credo Babylonii ſcivere, unde jam tempore Joſuæ vii. 21. videmus inter ſpolia Hierichuntina fuiſſe *pallium* ſeu *amiculum Babylonium*; quod ideo ſic appellatum credo, quod eſſet *acu pictum a Babyloniis*; nam id erat adeo peculiare Babyloniis, ut ex altera parte Alexandrinis & ante eos Ægyptiis pingere radio ſive pectine: quod maxime Martialis teſtatur l. xiv. 150, dum loquitur de cubicularia Polymita:

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Et Plinius diſerte artem texendi variis liciis tribuit Alexandrinis, lib. viii. c. 48. *Colores diverſos picturæ intexere, Babylon. maxime celebravit, & nomen impoſuit.. Pluribus vero liciis texere, quæ polymita appellant Alexandria inſtituit*: Forte quis crediderit Babylonis

Babylonis inventum fuisse colores diversos intexere radio: verum is fallitur, nam Martialis jam supra id acu factum vult; & idem magis diserte, lib. viii. Ep. 28.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbe
Texta, Semiramia quæ variantur acu.

Phryges etiam acu pingere soliti ea, quæ inde opera Phrygionica appellabantur, sed uno tantum videntur fuisse contenti colore. Polymita, liciis variantibus erant picta, & hoc Ægyptiorum erat inventum, non Alexandrinorum tantum: nam Herodotus sic loquitur de thorace, quem Amasis rex Lacedæmoniis dono miserat & quem Samii interceperant, multis annis ante quam Alexandria conderetur. Και γαρ θωρηκα εληϊσαντο τῳ πρωτερῳ ἐτει η τον κρητηρα οἱ Σαμιοι; εοντα μεν λινεον, και ζωων ενυφασμενων συχνων κεκοσμημενον δε χρυσῳ και ειριοισι απο ξυλου· των δε εινεκα θωϋμασαι αξιον αρπεδονη εκαςη του θωρηκος ποιει. εουσα γαρ λεπτη. εχει αρπεδονας εν εωϋτη τριηκοσιας και εξηκοντα, πασας φανερας, τοιουτος ἑτερος ἐςι και τον εν Λινδῳ ανεθηκε τῃ Αθηναιῃ. Hic itaque linteus thorax erat pictus figuris animalium ex auro & xylino, variantibus

liciis; non acu. In hanc rem & faciunt veſtes deſcriptæ a Lucano x. 123.

Pars auro palmata nitet, pars ignea cocco,
Ut mos eſt Phariis miſcendi licia telis.

Tertium genus pingendi veſtes pigmentis & quidem fervidis in cortina Ægyptii quoque exercebant: Plinius, lib. xxxv. c. 2. id deſcribit in ſequentem modum: *Pingunt & veſtes in Ægypto inter pauca mirabili genere, candida vela poſtquam attrivere illinentes, non coloribus, ſed colorem ſorbentibus medicamentis. Hoc cum fecere non apparet in velis, ſed in cortinam pigmenti ferventis merſa poſt momentum extrahuntur picta: mirumque cum ſit unus in cortina color, ex illo alius atque alius fit in veſte, accipientis medicamenti qualitate mutatus. Nec poſtea ablui poteſt: ita cortina non dubie confuſura colores, ſi pictos acciperet, digerit ex uno, pingitque dum coquit. Et aduſtæ veſtes firmiores fiunt, quam ſi non urerentur.* Hanc pingendi artem, paucis mutatis, eandem credo cum ea, qua ad hanc uſque ætatem Indi & in noſtris oris, qui eos imitantur, pingunt telas xylinas in cortina. Forte & huc Petronii ſpectat locus, ubi hæc habet: *Pictura quoque alium exitum fecit, poſtquam*

Ægyptiorum

Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam invenit. Hujus generis etiam fuit, apud Apulejum, Metam. l. ix. *byſſina quidem, ſed floride depicta veſtis*, qua indutus erat dum ſacris initiaretur Iſiacis; nulla enim re diverſam credo a veſte ex *xylino picto*, quo nunc etiam utimur, & quod genus ex India in magna copia importatur.

Quænam genera *varii othonii* in India fuerint in uſu & commerciis Ægyptiorum expetita dubium quidem prima facie videtur, at paulo curatius cuncta conſideranti, illico obvium erit, artem pingendi telas pigmentis, imprimis Indiæ ab omni ætate fuiſſe propriam, maxime ſiquis contulerit cum hiſce, verba Dionyſii Periegetæ, 754. ſeqq. de Seribus:

Αιολὰ δὲ ξαίνουσες ἐρημὴς ἄνθεα γαίης,
Εἱμάλα τευχουσιν πολυδαιδάλα, τιμηεντα,
Ειδόμενα χροιῃ λειμωνιδος ἀνθεσι ποιης.
Κεινοις εἰ κεν ἐργον ἀραχναων ἐριστειεν.

Hic enim telæ xylinæ pictæ dicuntur coloribus, floribuſque, ſimillimis floribus herbæ, quod utique de telis pictis xylinis

Indicis intelligendum jam ſupra monuimus, Sect. v. p. 27, & nemo cordatus negabit: ideoque has telas credo potiſſimum eſſe *οθονια πανθοια*.

6. Μολοχινον οθονιον apud Arrianum occurrit Peripl. p. 28. ubi ex Ozene deferri narrat Barygazas, *οθονιον πανσοιον, και Σηρικον και μολοχινον, και νημα*. Heic aquam mihi hærere candide profiteor: ſcio quidem eſſe genus lapidis a Plinio, lib. xxxvii. c. 8. memorati, quod *molochites* appellatur; de quo ſequentia habet: *Non tranſlucet molochites, ſpiſſius virens, & craſſius quam ſmaragdus, a colore malvæ nomine accepta*. Num vero hæc othonia fuerint coloris ad molochitas accedentis, vel tantum ſtriis hujus coloris intertextis, non auſim affirmare.

7. Οθονη Ινδικη, quam teſte Arriano Peripl. p. 17, & 18, mercatores Muzenſes, & qui per Limyricam & Barygaza navigant, & forte ad promontorium Syagros & inſulam Dioſcoridis * delati illic commutant. Hoc genus *οθονης* ſuſpicor fuiſſe idem cum *οθονιοις χυδαιοις*,

* Hodie Inſula *Socotora* & *Raſ-al-Hhad* vel Prom. *Roſalgate*.

nam

nam Arrianus diſertis verbis mentionem injicit, p. 24, Ινδικων οθονιων των χυδαιων: certe a loco Ινδικον vocatum quia in locis circa oſtium fluminis Indi hoc othonium texebatur.

8. Οθονιον σηρικον Arrianus Peripl. p. 22. 28. 32. 36. In variis locis obvium et exportatum hoc ſericum οθονιον; e regione circa Sindum flumen, ex Ozene, e regione vicina vico Baraces quæque parebat alteri Pandioni, & denique ex Thina. Num hic revera ſit intelligenda tela in Seris facta, vel tantum οθονιον quoddam textum eodem modo, quo telæ apud Seras texebantur, nondum mihi conſtat; nam Plinius quoque, lib. xxxiv. c. 41. videtur meminiſſe *veſtium Sericarum*, quod Græcis eſſet οθονιον σηρικον. *Ex omnibus autem* ait, *generibus palma Serico ferro eſt. Seres hoc cum* VESTIBUS, *pellibuſque mittunt.* Forte ex Serico bombycino & xylino hoc genus veſtis fieri ſolebat.

XVIII. Alterum veſtimentorum genus ex India olim petitum, eſt *Sindon*. Nos nomen οθονη Ægyptiæ eſſe originis oſtendimus. Sindonem eſſe Ægyptiam veſtem,

plane Pollux vult, lib. vii. c. 16. Σινδων εστιν Αιγυπτια μεν, περιβολαιον δ' αν ειη, το νυν δικροσσον καλουμενον. ειρηται δε που και τελαμων σινδονιτης. Ebræi voce סָדִין utuntur, ubicunque LXX interpretes eam exprimunt per σινδων. Sic Jud. XIV. 12. Jeſ. III. 23. Thren. II. 20. Prov. XXXI. 24. Hanc vocem utique Ægyptiam credo, eſt enim ϣⲟⲛⲑ, *Shthen*, quod *veſtem*, imprimis *laxam*, *ſplendidam*, *fimbriatam* ſignificat. Veſtes antiquorum ex lana, non egebant fimbria; raro enim dirumpebantur; at linteæ vel ad minimum margine erant *complicato* Ægyptii *complicare* vel *plectere* dicunt ϣⲟⲛⲧ, *ſhont*, unde poſtmodum veſtes *linteæ* & *xylinæ fimbriatæ*, vel *complicatæ* vocatæ fuere ϣⲉⲛⲧⲱ, *ſhento*, qua voce Coptus utitur interpres ſcripturæ pro Sindone; unde & orta ipſa vox græca Σινδων. Hinc & planiſſime patet οθονιον fuiſſe linteum vel xylinum velum, ſed nondum in veſtes ſciſſum, nec fimbria vel complicato margine inſtructum; *Sindonem* vero fuiſſe jam in veſtes ſciſſam, & habuiſſe marginem complicatum vel fimbriam, nec raro duplicem. Plura

genera

genera ſindonum ex India in Ægyptum importabantur, & fuere variæ ratione pretii, textrinæ, materiæ, coloris, & loci.

1. Εὐϛελες &
2. Πολυϛελεςάϛαι } Σινδονες memorantur a Theophraſto, lib. iv. c. 9. factæque erant ex lana arborea inſulæ Tylos in Arabico ſinu; itemque in India.

3. Ευηλιοι σινδονες, occurrunt apud Strabonem, lib. xv. p. 1216. ed. Amelovenii Εκ δε της αυτης αἰϛιας. ενιοις (ſcilicet δενδροις) και επανθειν εριον. Εκ τουτου δε Νεαρχος φησι ταις ευηλιους ὑφαινεσθαι σινδονας· τους δε Μακεδονας ανϛι κναφαλων αὐτοις χρησθαι και τοις σαλπασι σαλην. Has *texturæ eximiæ* Sindones diſertis verbis ex lana arboreâ factas, heic videmus, in India.

4. Διαφορϛάϛοι Σινδονες, *pretioſiſſimæ Sindones* e regione circa Gangem & quidem ex emporio ejuſdem nominis cum flumine afferebantur, unde et *Gangeticæ* fuere dictæ; quamque exacte hæc omnia uſque in noſtram ætatem iiſdem locis ſint propria, quilibet facile videbit, qui merces Indicas, in

Angliam quotannis allatas ex oris Gangeticis inſpicere voluerit. Arrianus in Peripl. p. 36. ſequentia de emporio Γαγγης profert : δι ου φερεται τε μαλαβαθρον και σινδονες αἱ διαφοροταται αἱ Γαγγιτικαι λεγομεναι.

5. *Lintea Sindon*, memoratur ab Auſonio; *Puer eja ſurge, calceos & linteam da Sindonem.* Iſidorus quoque Originum, lib. xix. c. 25. hæc habet : *Anaboladium amictorium lineum fœminarum, quo humeri operiuntur ; quod Græci & Latini ſindonem appellant.* Ejuſdem et Coptus Interpres, Joh. xix. 40. meminit : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲟⲩⲗⲱⲗϥ ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱⲛⲓⲁⲩ· και εδησαν αυτο οθονιοις (εκ λινου) ſeu κατα ρησιν ; σινδονεσι εκ λινου.

6. Βυσσινη Σινδον. Jam Herodoto dicta, lib. ii. c. 86. λουσαντες τον νεκρον, κατειλισσουσι παν αυτου το σωμα σινδονος βυσσινης τελαμωσι κατατετμημενοισι, ὑποχριοντες τῳ κομμι, τῳ δε αντι κολλης τα πολλα χρεονται Αιγυπτιοι. Et Joſephus Antiq. lib. iii. c. 8. dum loquitur de Tunica Sacerdotis, vocat eandem ; λι-

ναιον

γαιον ενδυμα διπλης σινδονος βυσσινης, qua re videtur genus quoddam telæ intelligere, ex duplici byſſo factæ, vel, ut ipſe interpretatur, ex ſolo xylino ſtamen & trama erant. Doctores Judæorum quoque per סָדִין intelligunt veſtes byſſinas; ſic enim in Maſſechet Joma, cap. iii. ſect. 6. legitur סדין של בוץ. Plura de Syndone byſſina diximus ſupra, ſect. xvi. ubi de uſu byſſi in ſacris & ſepulturis Ægyptiorum egimus.

7. Παιʃλοια Σινδων, apud Arrianum in Periplo, p. 29. legitur, ubi enumerat Barygazam ex Tagaris delatas merces: οθονιον πολυ χυδαιον. και σινδονων παιʃλοια, και μολοχινα, και τινα αλλα. Idem de Sindone varia intelligendum, quod ſupra de othonio vario diximus: plura ejus ſcilicet intelligi poſſe genera; videlicet Sindones pictas acu, radio, vel pigmentis, vel etiam Sindones pluribus loris vel fimbriis cinctas; unde ab antiquis diſtinguebantur pro numero fimbriarum in *monolores*, *dilores*, *trilores*, *pentelores*, &c. Jam vero Pollux Sindonem ait ſua ætate fuiſſe περιβολαιον δικροσσον καλυμενον, *bifimbriatum amiculum*;

amiculum; unde colligo, Sindones *παντοιας* aut varias fuiſſe ob fimbrias verſicolores & limbos picturatos; aut ob picturam totius veſtis variam,

8. Μολοχιναι Σινδονες ex Ozene & Tagaris Barygazam comportabantur, teſte Arriano, l. c. num. 7. & Peripl. p. 27. και Σινδονες Ινδικαι και μολοχιναι, και ικανον χυδαιον οθονιον, quæ ſupra, p. 84. de *othoniis molochinis* monui, eadem & de Sindone molochina obſervata eſſe volui; ſcilicet, forte eam fuiſſe coloris malvacei viridis; ſed nil affirmare auſim; quia et forte intelligi poſſit Sindon cincta limbo facto ex lapillis molochiticis, vel etiam tota conſita figuris ex molochite factis.

9. Μαργαριτιδες Σινδονες. Idem Arrianus, p. 34. Peripli memorat, eaſque refert allatas ex Αργαλα vel Αλαρα: φερονται γαρ εξ αυτης Σινδονες Μαργαριτιδες λεγομεναι; Magnus Salmaſius exercit. Plin. in Solin. p. 826. vult has eſſe eaſdem cum Conſtantini Manaſſis πεπλοις καλαμαργαροις, veſtes ſcilicet intelligit

telligit margaritis conſitas. Verum ſi mihi liceret hic a magni Viri opinione diſcedere, mallem intelligere per σινδονες μαργαριτιδες, veſtes xylinas pictas pigmentis in cortina ita, ut tamen ocelli manerent albi, colore non imbuti, candore & oblonga figura margaritas imitante; quales et noſtra ætate apud nos plures ſunt obviæ.

10. *Tyria*
11. *Indica*
12. *Gangetica*

Sindon, a locis unde petebatur vel a colore quo imbuta fuit, nomen habuit.

Martialis, lib. iv. ep. ſequentia habet de Endromide:

Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres:
Non ſic in Tyria Sindone tectus eris.

unde colligi poteſt, *Tyriam Sindonem* fuiſſe maxime tenuem, & forte ad illos Petronii pertinuiſſe, *ventos textiles, nebulaſque lineas.*

Indicæ Sindones ſunt Arriano dictæ, p. 28, uti & *Gangeticæ*, p. 36. & hæ quidem fuere *maximi pretii*, διαφοροτατοι.

13. *Mi-*

13. *Mileſiæ Sindones* occurrunt in Chaldæo interprete ad Thren. ii. 20. סדינים דמילתא quum vero conſtet Mileſios imprimis claros fuiſſe, ob oves lanam molliſſimam ferentes; patet inde, omnem *lanam* mollem fuiſſe dictam *mileſiam*, & *Sindonem* inde factam quoque fuiſſe *mileſiam* appellatam: ideoque *Sindone* Mileſia lana facta, non ad merces Indicas ex goſſypio factas pertinet.

XIX. Reſtat ut paucis diſſeramus de שַׁעַטְנֵז, genere veſtis; cujus uſus, lege divina genti Iſraeliticæ prohibitus fuit, Levit. xix. 19. & Deut. xxii. 11. Primam legem videmus expreſſam in ſequentem modum. בגדי כלאים שעטנז לא יעלה עליך *veſtimenta killaïm Shaatnetz non erunt ſuper te*; ſecunda hiſce concepta eſt verbis: לא תלבש שעטנז צמר ופשתים יחדו *non indues Shaatnetz, lanam linum & unita.* Poſterior lex videtur explicare priorem, verba enim צמר *lana* & פשתים *linum* declarant, quid ſit intelligendum per כלאים, nempe *heterogeneum, mixtum*: ideo Chaldæus interpres hanc vocem expreſſit ſuo עירובין *mixta* & Aben Eſra inquit כלאים *killaim eſt ex duabus ſpeciebus*: ideoque optime legitur expreſſum apud LXX Interpretes

Interpretes εκ δυο ὑφασμενον. Vox שעטנז crucem fixit, iis qui Sacras Scripturas explicare sunt annisi. Chaldæus Interpres vocem שעטנז servavit, & Græcus utitur ejus loco κιϐδηλον, i. e. *spurium*, *scoria*, *mixtum*, *adulteratum*. Vestes ex lana & lino vocantur שעטנז; hæc vero lanæ & lini mixtio non potest *adulterare* vestimenta; nec ea sunt ideo reputanda *spuria* neque lana adeo vilis est ut possit *scoriæ* comparari, dum lino admiscetur per textrinam: ideo suspicor, vocem κιϐδηλος non recte exprimere το שעטנז. Judæorum doctores hic nobis vocem ex tribus compositam obtrudunt, nempe Jarchius cum Codice Killaim credit id esse שהוא שוע טוי ונז *rem lævigatam*, *netam* & *textam* a שוע *lævigare*, *carminare*. טוה *nere* & נוז *texere*. Alii vocem sic componunt שַׁע עַט נֵן *mixtura vestis filo*, i. e. *vestis mixta filo*, ita ut vox שע sit orta ab Arabico שעשע *commiscuit*; עט a עטה *amicivit*, *vestivit* & denique נז a Chaldaico נוז *fila contorquere*; unde נוז *netum* est ortum. Bochartus Hieroz. lib. i. c. 45. ex سوط sive ساط *miscere* & ex Hebræo נז *textum*. Plures credo facile sententiæ virorum

virorum doctorum poſſent in hanc rem enumerari, ſi ad manus eſſet bibliotheca ejus generis libros continens; & ſi mihi eſſet animus oſtentatione magnæ eruditionis famam aſſequi: verum poſthabitis hiſce; id modo ex quovis cordato quærere eſt animus; anne שעטנז, quod eſt nomen certi veſtimenti ex lana linoque vel byſſo facti, poſſit recte explicari per *rem lævigatam, netam, & textam*; nonne veſtimenta omnis generis ex lana, lino, & goſſypio facta, fuere *res lævigata neta, & texta*, & cur id potius huic veſti, quam unicuique convenit?

Dein quid ſibi vult *veſtis mixta filo*? Nonne fili omnium veſtium ſunt mixti? & ſi hic duo genera diverſa filorum ſunt intelligenda, quænam ea fuere? regeret forſan quidam, *lana & linum*. Si hoc verum, quid ſibi vult vox *Killaim* in alia lege, quæ jam *mixtum, heterogeneum*, indigitat? Denique Bocharti *netum, mixtum*, non admittit meliorem ſenſum: ideoque aliam rationem ingrediar explicandi vocem שעטנז. Hæc vox utique denotat certum quoddam

veſtimenti genus ; ſic enim lex ait : *non indues Shaatnetz, lanam & linum unita* ; & rurſus , *veſtimenta heterogenea Shaatnetz, non erunt ſuper te.* Nomina plurimorum veſtimentorum apud Ebræos jam pluribus oſtendimus ex Ægypto imprimis fuiſſe petita : nam Ebræi quum Ægyptum ingrederentur, paſtorum agebant vitam, & pauciſſimas exercebant artes ; ideoque nomina rerum ad rem veſtiariam & artes paulo cultiores ſpectantes plerumque ab aliis mutuabantur gentibus & imprimis ab Ægyptiis, gente tum temporis varias exercente artes, lateque imperitante. Sed hæc jam ſupra obſervavimus, ſect. xii. p. 56, nolumus igitur in hiſce nimis eſſe prolixi. Ægyptii primi ſoliti fuere veſtes byſſinas lana & auro pingere variantibus liciis, idem & lintea xylinis & auro pingebant : hoc poſterius genus ſuſpicor fuiſſe שׁנטניאו ; *(Shentoniau) linteum complicatum* vel *fimbriatum*, at byſſum pictam lana credo fuiſſe appellatam שׁנטנים *(ſhontnes) byſſinum complicatum* ſeu *fimbriatum*, & hanc poſteriorem vocem credo reſpondere Hebræo שׁעטנז ; nam & exacte exprimit mixturam

turam ex lana & פשתים seu *xylino*. Præcepta Mosis id nos docent, *cingulum*, *Ephod* & *pectorale* Pontificis maximi fuisse facienda ex auro, hyacinthino, purpura, cocco & bysso retorta. Exod. xxviii. 6. 8. 15. Josephus quoque Antiqu. lib. iii. c. 8. de cingulo ait, Ανθη δ' εις αυτην ενυφανται φοινικι και πορφυρα και ὑακινθȣ, και βυσσȣ πεποικιλμενα. ςημων δ' εςι μονη βυσσος. Unde jam patet liquide, hasce pontificis vestes fuisse utique שעטנז seu ϣⲟⲛⲧⲛ̀ⲉⲥ: &, ut eloquar quod sentio, Ephod simillimum fuisse credo vestimentum thoraci, cujus apud Herodotum fit mentio: εοντα μεν λινεον, και ζωων ενυφασμενων συχνων κεκοσμημενον δε χρυσῳ και ειριοισι απο ξυλȣ. Ægyptii ejusmodi pretiosos thoraces Diis Deabusque sacrabant: at Israëlitarum summus legislator jussit summum Pontificem iis indutum solemnia sacra facere. Quum igitur idem genus vestis apud Ægyptios reperiamus; non dubium mihi quidem est, Ebræos & nomen ab Ægyptiis una cum re mutuatos fuisse.

XX. Quum

XX. Quum igitur jam ſatis de byſſo & reliquis ad rem veſtiariam apud antiquos ſpectantibus diſſeruerim & obiter plura vocabula Ebræorum ex Ægyptia lingua illuſtraverim, nil jam æquum lectorem morari oporteret; verum enim vero liceat mihi adhuc quæſo, paucis addere rationes, ob quas potiſſimum legiſlator ſapientiſſimus Iſraëlitarum, genti ſuæ uſum שעטנז interdixerit. Veſtes hujus generis tum temporis pretioſiſſimas fuiſſe nemo ſanus negabit, dummodo penſitare voluerit, materiem pretioſam veſtium, byſſum contortam, i. e. ſtamina tenuiſſima xylina ex centenis quinquagenis, imo ſæpe et ex trecentis ſexaginta filis compoſita, lanam tinctam coloribus longe pretioſiſſimis, hyacinthino, purpureo, coccineo; denique aurum, quod frequenter intertextum erat veſtibus. Imo & aſſiduus labor, patientia & ingenium artificum in ipſa veluti artium infantia, quum nondum compendia laboris inveniſſent, magnum pretium hujus generis veſtibus addere ſolebant. Quantum vero homines veſtes pretioſas appetere ſoleant, notiſſima res eſt; neque minus

obvium, plurimos perdita omni re familiari, aut ad paupertatem redactos, aut adeo flagitiosæ vitæ deditos fuisse ut consilia caperent de rebus novandis, quo facilius huic ingenti desiderio vestes pretiosas gerendi, satisfacere possent: hinc jam facile apparet, Deum omne genus luxus a gente sua abesse voluisse, & ut sanctitate & simplicitate morum conspicui magis essent inter Phœnices, Assyrios & Babylonios gentes vicinas, apud quas nil magis commune erat, quam luxuriosas vestes cujuscunque generis gerere.

Deinde æque ex præcedentibus constat, vestes hasce pictas variis figuris animalium & plantarum ad cultum symbolicum Deorum Ægyptiorum pertinuisse. Thorax ille Minervæ Lindiæ & ille quem Amasis Lacedæmoniis dono miserat, erant picti variis symbolicis figuris; præterea & initiati in mysteriis Isiacis, tales gerebant vestes pictas, quibus indigitabatur, eos peculiari ratione numini Ægyptiorum dedicatos fuisse. Nil magis ex historia sacra notum, quam Israelitas frequenter cultum numinum peregrinorum

rum amplexos fuiſſe, ob frivolas rationes: neque dubito eoſdem uſu veſtium hujus generis, ad idolorum cultum ſe pertrahi paſſuros fuiſſe; ni Deus, quo magis gentem ſuam ab omni idololatria & ſymbolicis cultus Ægyptiaci figuris cohiberet, ſanxiſſet, ne quis veſtes gereret pictas animalium figuris, quales illæ myſticæ plerumque erant, imprimis pretioſæ ex lana & byſſo factæ.

Denique & videmus veſtes pictas pretioſaſque ſolis initiatis in Ægypto fuiſſe proprias, ſic & Iſraëlitarum legiſlator ut eo magis profanos a ſacerdotibus diſtingueret, juſſit haſce veſtes שעטנז ſoli ſacerdoti ſummo proprias eſſe, ut eo magis dignitas ſacerdotii appareret: verum enimvero, ne homines hunc quoque ſacerdotem pro expiatore generis humani reputarent, ſanxit quoque ut ſolus ſacerdos ſummus, & quidem raro tantum, eis veſtibus uteretur: nec hoc quidem, niſi ablutus prius pura limpidaque aqua; & quum primum eas veſtes indueret multis operoſiſque cerimoniis conſecrabatur & ſanguis propritiatorius

ipſi offerendus erat; quæ omnia liquido probant, hunc ſacerdotem quoque in jure divino repræſentari ut impurum & profanum; & uti ſymbolum alterius perſonæ quæ, ob ſanctitatem, innocentiam & caſtitatem non egeret ablutione, ceremoniis, & propitiatorio ſacrificio; & cujus tanta eſſet majeſtas & dignitas ut veſtes etiam pretioſiſſimæ ipſi nil dignitatis majeſtatiſve addere poſſent: ante adventum igitur hujus vere maximi ſacerdotis, omnes Iſraëlitæ ab uſu veſtium pretioſarum שעטנז excludebantur, ut eo magis profani a ſacerdotio diſtinguerentur & ut archetypus magni ſacerdotis Jeſu magis eluceſceret, indeque appareret evidenter, quam alienum ab aditu numinis profanum genus humanum eſſet; utique eo magis illam* *novam* numen adeundi *viam* per ſacerdotem Jeſum expeterent, ſeipſoſque ad eum aditum ſinceritate, fiducia, morumque ſanctitate dignos paratoſque rederent.

* Heb. x. 20, 22.

MAN-

MANTISSÆ ÆGYPTIACÆ,

SIVE

Explicationes aliquot vocum Ægyptiacarum in ſacro codice Ebræo & apud Græcos Latinoſque ſcriptores occurrentium.

I. De voce צפנת פענח Gen. XLI. 45.

HÆ voces præfixæ, ab omni tempore ſacri codicis interpretes exercuere; nec tamen quidquam ad veram interpretationem faciens unquam in publicum editum fuiſſe ab iis memini. Maxima hujus rei difficultas deterruit etiam doctiſſimum virum P. E. JABLONSKI, qui nunquam tentavit hoc nomen explicare; etſi hic Vir ſumma notus modeſtia plus ſciret in hoc litterarum genere, quam plures ſcioli, qui ſæpiuſcule tentarunt idem explicatum dare. Facile patet Ægyptium plane nomen, nonniſi ex Ægyptia explicari poſſe lingua: quicunque

igitur aliam ſunt ingreſſi viam, nil egerunt. Veteres Interpretes conſenſu quaſi quodam exprimere ſunt conati per *occulti revelatorem.* Etſi hicce conſenſus interpretum pro veritate hujus interpretationis facere videatur, nil tamen auctoritatis vel ponderis mecum habet, qui argumentis non auctoritatibus in ſententia mutanda vel ſtabilienda uti conſuevi. Si igitur heic loci tentavero novam nominis hujus Explicationem ex linguæ Ægyptiæ reliquiis in medium proferre; id conſiderandum velim, me primum ex Ægypto hoc nomen repetere, cujus lingua tunc temporis poſteris Iſraëlis notiſſima erat, ob longam in Ægypto moram; ideoque ſacrum hiſtoricum non dubitaſſe nomen Ægyptium narrationi ſuæ inſerere ſine interpretatione, uti rem pervulgatam & quæ nulla egeret interpretatione: deinde hujus nominis ſignificationem tamen potuiſſe intelligi ab iis qui linguam Ægyptiam callerent, ita tamen ſi ſimul mores, rituſque Ægyptiorum noverint, & ad Pharaonis verba reſpexerint, quæ cauſas exponunt, cur potiſſimum hoc nomen Joſepho dederit.

Nil

Nil iniquum vel abſurdum poſtulo. Rationibus enim quibuſdam impulſum fuiſſe Pharaonem, quum Joſephi nomen voluit eſſe *Zaphnat Paeneach*, facile obvium eſt; et cur non crediderim has rationes in antecedentibus a rege fuiſſe expoſitas. Secundum haſce regulas, meam hujus nominis interpretationem ut & reliquorum interpretum opiniones examinari velim: ſic enim facile patebit, num ad veritatem accedat interpretatio, vel pro mera opinione ſit habenda. Plures, uti monui, *occulti revelatorem* ſignificaſſe hanc vocem, volunt; at quo jure quoque argumento fulti, id prorſus ignoro, nam has voces non ex Ægyptio ſermone ſic explicari poſſe probe ſcio: alii *ſervatorem mundi* interpretantur; verum nec illi mihi ſatisfaciunt, nam rex nunquam orbem, ne Ægyptum quidem a Joſepho ſervatam fuiſſe, vel ſervatum iri, meminit.

Aliam igitur ingrediar viam in eruendo hoc nomine, etſi non omnibus ſatisfecero, quod ſcio quam ſit difficile: id tamen ſpero me feciſſe, ut in poſterum æqui Judices

rationes legeſve ſciant, ad quas futuras eruditorum de hac re ſententias dijudicent: verum & ſpero meam ſententiam multis Viris doctis veriſimilem maxime apparituram. Hæc præfatus ad ipſam rem accedo.

Somnia explicari poſſe, præſertim ſi fuerint notatu digniora, vulgata in Ægypto opinio fuit; id enim patet ex Gen. xl. 8. Sacros vero interpretes, חרטמים vel ἐξηγητὰς ad id adhibitos fuiſſe obvium inde, quod Pharao hoc genus hominum congregaverit, ut ipſi ſomnia ſua interpretarentur Gen. xli. 8. Iidem & ἱερογραμματεῖς fuere appellati, quod doctrinam a magiſtris acceptam & ſacris libris comprehenſam explicare poſſent: Id genus hominum Ægyptii vernacula lingua vocabant ϲⲁϩ, *Scribas*. Alterum genus ſacerdotum, ad explicandum ſomnium a rege invitatum, fuere חכמים, νοημονες, *ſapientes*, quos Ægyptii potiſſimum appellabant ⲛⲉⲥⲃⲏⲧ vel etiam ϲⲁⲃⲉ & plurali ⲛⲓ-ϲⲁⲃⲉϩ, quam poſtremam vocem interpres Coptus adhibuit, Gen. xli. 8. Hinc jam id patet, quod ſi Joſephi nomen aliquam

quam relationem habuit ad ſomnii regii interpretationem, veriſimile id eſſe, vocem ⲥⲁⲃⲉ vel ⲥⲁⲃ compoſitionem nominis ingredi.

Poſtquam rex omnes Ægypti ſacros interpretes & ſapientes conſultaſſet de ſomnii divinitus immiſſi interpretatione, & nemo omnium id præſtare potuiſſet; præfectus pincernarum ſe offert regi, ac Joſephum ſervum in carcere apud præfectum ſatellitum detentum proponit; quo accito, rex ipſi ſomnium narrat, & mox interpretationem ejuſdem audit; addito ſimul prudenti conſilio, ut *virum intellectu pollentem & ſapientem* toti præficeret Ægypto, & per eum & alios præfectos rei frumentariæ per univerſum regnum colligeret quintam annonæ partem, annis felicibus; & ut ita præſidium contra famem pararet annis ſterilitatis. Hoc magnopere regi placuit conſilium ut & magnatibus Ægypti; ex quibus tamen anxie quærere cœpit: *Ubi locorum inveniemus ejuſmodi virum, in quo* SPIRITUS DEI *ſit?* Mox converſus ad Joſephum, ſic eum alloquutus eſt;

eſt; *Quoniam Deus tibi hæc omnia patefecit, non eſt magis intellectu pollens, nec ſapientior te:* itaque illico ipſum regiæ & toti præficit regno, addens inſignia dignitatis veſtes byſſinas, torquem aureum, annulum ſignatorium, ſecundi regii currus uſum; & tandem eum appellari vult *Tſaphnat Paeneach*.

Ægyptii numen ſupremum unicum adorabant, at ſymbola phyſica numinis ipſis erant plurima, Sol, Luna, Stellæ, Nilus, &c. Supremum numen non raro repræſentabant ut *ſpiritum totum permeantem mundum* * unde jam olim doctiſſimus mihique amiciſſimus Eques J. D. MICHAELIS in Comment. Soc. Reg. Gottingenſis, Tomo I. docuit, Ægyptios Jehovam, numen familiæ Abrahami, pro Demiurgo ſeu Cnuphide ſuo habuiſſe, i. e. pro ſpiritu æterno, benefico, mundi opifice. Pharao ſine ullo dubio id credidit, Joſephum fuiſſe inter ſuos gentiles *ſcribam* vel *ſapientem ſpiritus æterni*; SAPIENTEM ipſe eum appellat verſu 39. & ſimul

* Horapollo Hieroglyph. l. i. c. 64. & Jamblich. de Myſter. Sect. VII. c. 5.

eum

eum ad SPIRITUM DEI pertinere indigitat plane verſu 38 : non mirum igitur quod & idem expreſſerit nomine *Zaphnat Paeneach.* ⲥⲁϥ-ⲡⲛⲟⲩⲧ ⲡⲁ-ⲉⲡⲉϩ-ⲓϥ *(ſach-pnouti paeneh-ich)* Ægyptiis ſignificaret, *ſcribam divinum, ſpiritus æterni,* vel *pertinentem, ſpectantem, ad ſpiritum æternum.* Si vero altera vox fuerit adhibita, interpretatio hæc erit, ⲥⲁϧⲉ-ⲛⲟⲩⲧ ⲡⲁ-ⲉⲡⲉϩ-ⲓϥ *(ſâbe-nouti pa-eneh-ich.) Sapiens divinus, ſpiritus æterni.* Quam ſimilis hæc vox ſit nomini in Ebræo codice expreſſo ; quam bene reddens Pharaonis de Joſepho opinionem ; quam congrue exprimens opinionem vulgarem Ægyptiorum, circa numina, res ſacras, ſacerdotia & ſomniorum interpretationem ; nolo hic multis exponere, quum ipſa res ſit in propatulo, & nil difficultatis habeat.

Antequam vero hanc rem prorſus dimittam, liceat mihi binas addere obſervationes. Primo loco confirmabo meam de hoc nomine ſententiam alio argumento : deinde & rationem reddam cur Septuaginta interpretes

pretes vocem φονθομ φανηχ & Coptus habeat ψοπθωλλ ΦΑΠΗΚ.

Ægpytii Sacerdotes, qui *cultum Deorum, omnesque illius ritus ordinabant & peragebant,* PROPHETARUM *nomine designari solent.* Sic Jablonski. Panth. Ægypt. Prol. XCI. Verum hi prophetæ non raro sibi facultatem oracula edendi, adscribebant. Manetho enim regi Ptolemæo explicuit futura tempora χρηματίσας. *Syncell. Chronogr.* p. 40. Etsi id pateat, eum simul seriem, triginta Dynastiarum famosissimarum Historiam Ægyptiorum regum complexam in Sothin suam inseruisse. Manetho Heliopoliticæ Hierarchiæ erat præfectus vel summus sacerdos, & simul γραμματεύς, & tamen oracula edere vel hariolari se velle regi promisit: hinc patet, id non alienum fuisse a munere scribæ sacri vel divini, oracula edere vel hariolari. Josephus quoque *vi nominis sui* credebatur futura scire & hariolari, ideoque et ipse Gen. XLIV. 15. fratres suos (apud quos scyphum argenteum repererat præfectus familiæ suæ) sic alloquitur: *Quale commisistis facinus? Num ignoratis virum talem, ut ego sum, hariolari*

hariolari posse? i. e. num creditis, virum talem, qui somnia ejusmodi interpretari potuit, qualia ego divinitus admonitus explicui, non æque facile in fures scyphi sui inquirere & de eis certissima indicia accipere posse? num ignoratis, me ideo vocari *Zaphnat Pa-eneach*, quia facile futura & res occultas investigare queo? num sine ulla ratione, nomen *scribæ spiritus æterni gero?* Idem & antea jam per præfectum rei suæ familiaris, exprobrare jusserat filiis Jacobi, versu 5. *Jam vos nostis? Ex quo Dominus meus bibit? de eo hariolatur! pessimum profecto facinus admisistis!* Quis non ex dictis colligit, Josephum utique in his verbis ad nomen suum respexisse; & hanc rem notissimam a fratribus suis ignorari eisdem objecisse: nempe se munere fungi *scribæ divini spiritus æterni*, ideoque hariolari posse. Idque scitu facillimum esse, quia tum temporis, modo non omnia nomina hominibus imposita, rationibus non carebant, quamobrem iisdem appellarentur.

Vocem

Vocem *Zaphnat paeneach*, Græcus, Coptusque expressit ψονθομ φανηχ. Nec id sine ratione factum arbitror. Interpretes Codicis Hebræi videntur probe novisse verum significatum vocum Ægyptiarum; at titulum cⲁϧ, Josepho proregi, totius Ægppti non satis honorificum credebant; & quum scirent plures in Ægypto sacerdotum ordines, & unum semper cujuslibet collegii præfectum αρχιερεα esse, quem Ægyptii sua lingua vocant π-ϩⲟⲛⲧ *Phont*, vel ⲫⲟⲛⲧ, (coalescente scilicet π articulo & sequente ϩ) non dubitarunt sic honori Josephi consulere, eumque vocare πϩⲟⲛⲧ ⲙ̀ⲫⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲓϧ *summum sacerdotem spiritus æterni*, quod utique nonnisi φοντομ φανηχ Græcus scribere posset vel enunciare. Nam quod plerique codices habeant ψ loco φ in vocis initio, id vitium ex nimia affinitate utriusque litteræ ortum credo.

II. De

II. De voce אברך, Gen. XLI. 43.

Vocem non Ebræam ſed potius Ægyptiam credo rex Ægypti ante currum eique inſidentem Joſephum proclamari juſſit. Hanc vocem non operoſe explicandam cenſeo, verum quantum fieri poteſt argumentis e re ipſa, & verbis antecedentibus petitis. Similis Joſepho honor contigit ei, quo poſtmodum Mordecai Judæus, Aſſueri regis mandato fuit affectus, Hamane proclamare ante eum juſſo; *ita faciendum eſt viro illi, cujus honore delectatur rex.* Eſth. vi. 11. Similem quoque verborum ſenſum eſſe ſuſpicor in noſtro *Abrech.* Pharao annulum detractum ſibi Joſepho dederat, veſteque byſſina eum amiciri, torque aureo eum ornari, currui ſecundo regio imponi, & ante eum voce præconis proclamari juſſit *Abrech!* Annulus regius, torques, byſſina veſtis erant regius amictus; quicunque iis ornatus & *cinctus* erat, is ſummo honore, ſummaque a rege auctoritate afficiebatur. Verba proclamari juſſa ſunt ⲭⲁ-ⲡⲣⲏ-ϩⲉⲕ, Haprechek, *a rege*

cinctus, vel *veſtitus* ! i. e. En hominem regiis veſtibus cinctum ! quia rex eum toti præficit Ægypto, eum unico regi, præterea-que nemini inferiorem vult eſſe, ſed id præcipit ut ipſi quilibet in omnibus morem gerat. Hunc ſenſum, verba ſequentia admittunt & præcedentia ; ideoque nullus dubito, me vocem אברך recte interpretatum eſſe.

III. De voce תֵּבָה Exod. II. 3 & 5.

Interpretatio Græca codicis ſacri vocem Hebræam תֵּבָה exprimit θιβις. Sed primitus ſcriptum eſſe credo θηβις; quoniam Alexandrina imprimis editio, ι & η plerumque commutat: quam ſuſpicionem & Coptica Interpretatio egregie confirmat, ea enim vocem ⲧⲟⲏⲃⲓ in hoc loco ſubſtituit. Verum hæc nil ad interpretationem vel originem vocis faciunt. Circumſpiciendum igitur nobis, num aliunde aliqua lux voci obſcuræ affundi poſſit: et revera ex Strabone aliqua affulgere mihi videtur. Is, lib. xvii. p. 562. (edit. Cauſaub. 1587.) refert ſe in Philam inſulam PACTONE trajeciſſe; addit autem ὁ δε πακτων δια σκυταλιδων πεπηγος εστι σκαφιον, ως εοικεναι διαπλοκινῳ; *Pacton vero eſt navicula e ſcytalidibus compacta, ita ut textilis videatur.* Vox σκυταλιδες ab Interprete Strabonis Latino expreſſa eſt voce *ſcuticæ*, quam recte, alii judicent. POCOCKIUS celebris

ævi noſtri Peregrinator, in ſuo Itinerario, p. 84, & 121. refert, hoc genus navigii Nilotici etiamnum in uſu eſſe, & ex ramis palmarum compingi.

Viminea ſcilicet palmarum folia ramorum ſpeciem habent, & ubique in India & maris Pacifici Inſulis plectuntur in ſtoreas & in varios præterea uſus cedunt: nil igitur minus quam inſulſum foret credere, antiquos Ægyptios naviculas e foliis palmarum vimineis compinxiſſe, quum id adhucdum noſtra ætate moris ſit; & hæc folia Strabo forte σκυταλιδες appellat. Jam vero ϐαι vel etiam ϐητ Ægyptiis ſignificat *ramum* ſeu *folium palmæ*, unde & Græci ſuam vocem βαϊς mutuati ſunt. *Navis* eadem lingua exprimitur voce Χοι. Navis e ramis palmæ facta foret Χοι-ϐαι quod, nonniſi *Dſoi-bai* vel θοι-ϐαι, *thoi-bai*, exprimere poſſemus: quam affinis hæc vox Hebræo תֵּבָה *theba* ſit, cuilibet cordato facile patebit.

Ægyptii

Ægyptii voces compoſitas, promiſcue conſtruxiſſe, magnus litterator P. E. JABLONSKI jam obſervaverat : ideoque non mirum Ægyptios etiam ΒΑΙ-ΧΟΙ vel ΒΗΤ-ΧΟΙ adhibuiſſe, quod *Bai* vel *Bet-dſoi* vel *Baithoi* pronunciandum foret : Num vero Strabonis vox ΠΑΚΤΩΝ ſincera ſit, vel quod ſuſpicor, annon rectius ΠΑΙΘΩΝ ſit legenda, id optime ex antiquis & bonæ notæ Manuſcriptis Codicibus dijudicandum foret.

IV. De voce כְּרוּב Pſ. XVIII. 11.

Mirum pluribus forte videbitur, quod et vocem כְּרוּב ex Ægyptia lingua explicare velim. Verum Doctiſſimus Eques, J. D. MICHAELIS *(in Epimetro ad Prælectiones Lowthianas de S. Poeſi Hebræorum*, ed. Oxon. p. 42 & 51, & ante hoc tempus in *Tomo* I. *Commeut. Societ. Gœtting.* p. 157 — 184.) rem ipſam ex Ægyptia ſchola accerſere, non dubitavit; pluribus argumentis diſerte eruditeque aſſerens, Cherubos eſſe partem exercitus cœleſtis, angelos & *ſpiritus* volucres juſſa Dei exequentes, repræſentatos ſub imagine *equorum tonantium.* Quid ni ergo & mihi liceat vocem ex Ægypto repetere? IЬ Ægyptiis ſignificat *ſpiritum*; Ьapaßai vero eſt *tonitru.* Itaque IЬ-Ьapaßai, *ich-charabai, ſpiritus tonitru* ipſiſſima res eſt, quam Doctiſſimus Eques cherubos eſſe oſtendit. Nolim mordicus hanc meam opinionem defendere; id tamen pluribus patebit eandem tantum ad verum accedere, quantum in hoc genere ſtudiorum fieri liceat.

V. De

V. *De Topazio veterum.*

Veteres TOPAZIUM credidere Gemmam *pellucidam, virentem, vitro ſimilem & jucundo auri aſpectu* claram *. Unde luculenter confici poteſt, Topazium eam eſſe gemmam, quam moderni CHRYSOLYTHUM appellant. Patria Topazio olim fuit Arabici maris Inſula *Cythis*, ut & alia *Topazus*, præterea & circa Thebaidis oppidum *Alabaſtrum* reperta ſequioribus temporibus; noſtra ætate India plerumque Chryſolithum ſeu Topazium veterum in Europam mittit.

AGATARCHIDES auctor Peripli maris Erythræi, quo forte Diodorus Siculus, lib. iii. eſt uſus quum βασιλικα ὑπομνηματα εν Αλεξανδρειᾳ meminit a ſe conſulta, injicit mentionem Inſulæ poſt ſinum ακαθαρτον, cui

* Plinius Hiſt. Nat, lib. xxxvii. c. 8.—Iſidorus Origin. l. xvi. c. 7. — Photius, Biblioth. ex Agatarchide. & in Hudſoni Geograph. Vet. vol. I. p. 45. Diod. Sic. lib. iii. p. 172. ed. Rhodom. 1604.—Orpheus in λιθικοις, 8.—Pſellus de lapid. poteſt.

nomen a reptilium in ea copia ὀφιωδης inditum fuit: verùm poſtea a ſerpentibus cura Alexandrinorum regum copia repurgatam aſſerit, ob Topazium in ea repertum: dein addit ἐστι λιθος διαφαινομενος, επιλερπης, ὑαλῳ παρεμφερης, και θαυμασην εχρυσον προσοψιν παρεχομενος. *Eſt lapis pellucidus, jucundus, vitro ſimilis, & mirificum auratum aſpectum præbens.* Sic & fere eadem verba leguntur in Agatharchidis Periplo apud Photium & in Hudſoni Geographis Veteribus vol. I. p. 54. Εν δε ταυτῃ γινεσθαι τῃ νησῳ, φησι, και το καλουμενον τοπαζιον. ἐστι δε τουτο, λιθος διαφαινομενος, ὑαλῳ προσεμφερης, ηδειαν εχρυσον θεωριαν αποδιδους. *In ea* (Inſula Ophiode) *naſcitur, aiunt, id quod vocatur Topazius. Eſt vero idem lapis pellucidus, vitro ſimilis; jucundum auratum aſpectum præbens.* Strabo in lib. xvi. p. 529. refert, Μετα δε τον κολπον (ἀκαθαρτον, ſcil.) ἡ Οφιωδης καλουμενη νησος, απο του συμβεβηκοτος, ην ελευθερωσε των ερπετων ὁ βασιλευς, αμα και δια τας φθορας των προσορμιζομενων ανθρωπων εκ των θηριων, και δια τα τοπαζια. *Poſt illum ſinum eſt Ophiodes Inſula ab eventu appellata; quam a reptilibus rex liberavit,*

liberavit, ob necem hominum in eam appellentium a ſerpentibus, & quoque ob Topazia. Nec multum alienâ ſunt quæ in Vulgatis Orphei Λιθικοις 8. de Topazo leguntur :

Εσθλοι δ' αὖ] 'επι τοισι και ὑαλοειδεες ειναι
Κλειονται θνηθοισι θυηπολιησι τοπαζοι.

Boni etiam ad eadem hæc hyalini coloris eſſe
Dicuntur mortalibus ſacra facientibus Topazi.

Denique & Dionyſius in Periegeſi verſu 1121. hæc de Topazo canit :

Η και ϕλαυκιοωντα λιθον καθαροιο τοπαζυ.

Vel etiam glauco ſplendentem colore lapidem
nitidi Topazi.

Verum & ſequioris ævi Pſellus περι λιθων δυναμεως ait : Τοπαζιος λιθος εϛι διαφανης, ὑελῳ παρεμφερης. φυεται δε εις τον Αραβικον λεγομενον κολπον εν τινι πελαγια νησῳ. *Topazius lapis eſt pellucidus, vitro ſimilis. Naſcitur autem in Arabico ſinu, in inſula quadam mari cincta,* &c. &c. Omnia hæc Græcorum teſtimonia id imprimis probant, fere omnes ſequutos eſſe Agatarchidem, ita ut & verba ipſius adhibeant.

Plinius Hiſtoriæ naturalis conditor, lib. xxxvii. c. 32. etiam alios autores videtur eſſe ſequutus, hæc enim ejus ſunt verba: *Egregia etiamnum Topazio gloria eſt, ſuo virenti genere, & quum reperta eſt, prælata omnibus. Id accidit in Arabiæ inſula, quæ Cytis vocatur; in qua Troglodytæ prædones, diutius fame & tempeſtate preſſi, quum herbas radiceſque effoderent, eruerunt Topazion. Hæc Archelai ſententia eſt—Juba Topazon inſulam in rubro mari a continente diei navigatione abeſſe tradit, nebuloſam, & ideo quæſitam ſæpe navigantibus, ex ea cauſa nomen accepiſſe.* TOPAZIN *enim Troglodytarum lingua ſignificationem habere qaærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater ſequentis Ptolemæi, a Philemone præfecto regis, ac mire placuiſſe: & inde factam ſtatuam Arſinoæ Ptolemæi Philadelphi uxori, quatuor cubitorum, ſacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. Recentiſſimi auctores & circa Thebaïdis Alabaſtrum oppidum naſci dicunt: & duo ejus genera faciunt, praſöidem & chryſopteron, ſimilem chryſopraſo. Ejus enim tota ſimilitudo ad porri ſuccum dirigitur. Eſt autem*

autem ampliſſima gemmarum. Eadem ſola nobilium limam ſentit: cæteræ Naxio & cotibus poliuntur. Hæc & uſu atteritur. Hæc eadem Plinius & lib. vi. c. 34. confirmat, & ſimul ſitum inſulæ magis determinat: *Troglodytice quam priſci Michoën, alii Midoën dixere. Mons Pentedactylos: inſulæ Stenæ deiræ aliquot, Halonneſi non pauciores: Cardamine, Topazos, quæ gemmæ nomen dedit.* Et paucis interjectis, de faucibus Rubri maris differens, addit: *Inſula ibi Cytis topazium ferens & ipſa.* Hæc inſula *Cytis* quoque legitur *Chytis*, inter Emendationes ex aliis Plinii Editionibus; eſtque eadem inſula, quam Ptolemæus Geograph. lib. iv. c. 8. vocat Κυθίην. ſed forte ex Plinio corrigendum nomen & mutandum in Κυθίς.

Verum Inſula *Topazos* erat ſita poſt ſinum ακαθαρτον, quod conſtat ex ſuperioribus: & ſi recte omnia penſitamus, id quoque patebit in Vicinia Topazi Inſulæ fuiſſe in littore Ægyptiaco maris Rubri Promontorium quod Ptolemæus vocat Βαρειον ακρα. Jam ſi reſpicimus ad ea, quæ omnes autores uno ore de Topazio

Topazio teſtantur, videmus eam fuiſſe *virentem & vitro ſimilem.* Ægyptii lingua ſua *vitrum* ſolebant appellare ΔΔΔΧΗΙΙΙ. Promontoria eis erant *cornua*; unde apud Strabonem Geogr. lib. xvii. p. m. 551 eſt Λίνα κέρας: & nomina *Tap-Oſiris* & *Tap-Enes* ejuſdem ſunt ſignificationis; uti hæc pluribus jam in *Epiſtolis ad Jo. Dav. Michaelis*: Goettingæ, 1772, editis, oſtendi. Foret itaque Promontorium Bazion Ægyptiis, *Promontorium vitri* ΤΑΠ-ΔΔΔΧΗΙΙΙ *Tap-badſeini*: quod certe vocem *Topazin*, ſupra a Plinio ſervatam, & ſimul lapidem his locis repertum *vitro ſimilem*, ὑαλῳ Παρεμφερην bene exprimit. In genere obſervandum eſt, in hoc Arabico latere Ægypti, plures olim fuiſſe lapidum pretioſorum & imprimis e virentium genere, fodinas: Veteres jam *Smaragdum* montem ibi obſervarunt Ptolem. Geogr. l. iv. c. 5; & recentiores Fodinas Smaragdi in eodem Thebaidis loco aſſignant, nomine *Maden-uzzumurud* notas. MURTADI ſcriptor Arabs mirabilia Ægypti enumerans, in libro in Gallicam linguam a PETRO VATTIER converſo, p. 190. diſertis verbis

verbis asserit, *fodinas Topazi* fuisse in Ægypto summa, in vicinia Syenes; è regione provinciæ Nubiæ: Hæc certe hoc nostrum Promontorium Bazion indigitant. Verum & Plinius circa *Alabastron* oppidum Topazium repertam testatur: Quibus testimoniis meam opinionem de etymo Topazii magis confirmari credo.

At forte quis regeret, Plinium originem vocis *Topazin* ex Lingua Troglodytarum repetere, & significatum *quærendi* eidem tribuere. At id mihi persuasum, linguam Troglodytarum fuisse Ægyptiam, vel affinem ejusdem dialectum, quam Romani pro lingua peculiari habebant.

Deinde id observatum velim, Plinium ex pluribus libris congesta in suam historiam redegisse, verum & aliquando unam rem cum altera confudisse; id jam diu, egregio alias Historiæ Naturalis Scriptori, Magnus Salmasius objecerat in *Exercitat. ad Solinum*, & hoc loco Plinium aliquid humanum esse passum suspicor. Insula *Cytis* primus fuit locus, in quo Topazum eruerunt; ea ni fallor *quærendi* habet significationem; κωτ, *koti*, enim est *quærere* in Lingua Ægyptia,

neque id multum abeſt a Κυθις nomine Inſulæ: hoc Plinius perperam de voce *Topazin* intellexit, & ad eam tranſtulit; etſi id nomen revera, uti vidimus, a vitro & virenti colore ſit ortum.

Præterea non facile omnes virentes lapides, in Ægypti parte Arabiam ſpectante, repertos credo fuiſſe Topazios vel Smaragdos; neque enim tantæ molis fuere gemmæ, ut Statuæ quatuor cubitorum inde fierent: verum notiſſima res eſt, aliud lapidis vitreſcentis genus reperiri, quod a Mineralogis Anglis appellari ſolet *Cockle*; Germanis id eſt *Shirl*; a Wallerio appellatur, *Corneus cryſtalliſatus*, & a Linnæo *Borax lapidoſus columnaris politus, pyramidibus triquetris*; id copioſum, & ſæpe in magnæ molis fragmentis eſt obvium, in Ruſſia, Suecia, Germania, & Peruvia Americæ; Suſpicor igitur imaginem Arſinoæ reginæ ex hoc vel ſimili lapide factam fuiſſe, nec a vero prorſus me aberraſſe credo.

Promontorium

Promontorium Bazion, ΤΑΠ-ΒΑΧΗΤΙ *Tapbadſeini*, erat in vicinia Inſulæ ſerpentariæ ſeu Ophiodis, unde utrique idem nomen hæſiſſe videtur.

Orientis Scriptores, qui S. Codicem variis Linguis interpretati ſunt, vocem Hebræam פטדה, Exodi xxviii. Jobi xxviii. 19. & Ezech. xxviii. 13. omnes per virentem lapidem expreſſere; quod ſententiam de Topazii colore vitreo utique confirmat: Septuagintaviralis vero Interpretatio planiſſime Τοπαζιον habet.

Vocem Τοπαζιον Apocal. xxi. 20. adhibitam, Syrus interpres יון טופאד per reddidit, & Græcum Z ſuo Dolath exprimere conatus eſt: unde & forte eluceſcit Ægyptiorum X *Giangia*, habuiſſe ſonum ſimilem aliquatenus το Dolath Syrorum & το Z Græcorum.

Argu-

Argumenta Sectionum Libri de Byſſo.

Sect. I. De difficultate argumenti, & inſtituti ratione - - p. 1

II. De nomine Byssi: e Græcis auctoribus & Latinis; ubi nunc Græca LXX viralis utitur voce βυσσος ibi Ebræi שש habent. Judæorum opiniones. Genus eſt lini, ſed arborei, i. e. xylini: ex Ægypto & India. - - p. 3.

III. De Lineis veſtibus *Sindone* & *othonio*, præſertim ex India allatis, quæ omnes fuere xylinæ. - - - - - p. 10.

IV. De Bombycinis, earumque duobus generibus, *Aſſyriis* nempe, quæ fuere primum ſubſericæ, veſtes; & de *Coïs*, opere vermiculi cujuſdam, - - - - p. 12.

Sect.

SECT. V. De SERICO. De gente Serum, & vero ſitu Sericæ. Maxime probabile eos pertinuiſſe, ad gentes corporis Hunnici. Nomen *Ser.* aurum ſignificat. Gentes orientis a coloribus cognomen ſæpe habent, albi Hunni, alba Ruſſia; nigri Khalmycci, Aurea Horda Tatarorum, Altun-Khan, *Kin* apud Sinenſes: ſic & *Seres*, AUREA tribus; ſummum imperium tunc temporis obtinens. Confirmatur opinio argumento a mercibus Sericæ petito, ferro & pellibus, & xylino. Sericæ veſtes ex Oriente petitæ erant *ſubſericæ*, redordiendo telas & rurſus texendo *holoveræ*, *holoſericæ* fiebant: *Subtemen* e xylino, *ſtamen* e bombycino. Sericum e Sinis in Indiam & Sericam pervenit: dein in Græciam illati vermiculi Juſtiniani tempore, unde regnante Rogerio in Siciliam pervenere, mox in Italiam, Galliam, Hiſpaniam, nunc & in Germaniam, - - - - - p. 18.

SECT. VI. De reliquis ad veſtes adhibitis rebus. CORTICES ex India. Linum Orchomenium; ARUNDINIS ſpecies. Obiter de veſtibus gentium in Inſulis maris Pacifici. - - - - p. 30.

VII. ACANTHUS & ACANTHINA, p. 33.

VIII. Bulbi lanigeri. Apocynum cannabinum. Yucca filamentoſa. Agave Americana. Muſæ filamenta. Byſſus pinnæ marinæ. p. 34.

IX. Byſſus antiquorum e duabus plantis, BOMBACE & GOSSYPIO: quæ deſcribuntur. Goſſypium arboreum antiquiſſimum, poſtea & herbaceum uſitatum. Theophraſtus e Tylo Bombacis ſpeciem exhibet: quæ ab Apollonio in India geſtata. p. 36.

SECT. X. Byſſus a primis retro temporibus in Ægypto in uſu fuit. Etymon vocis, e Lingua Ægyptia. p. 46.

XI. Byſſus non eſſe linum demonſtratur, ſed xylinum. - p. 89.

XII. Oſtenditur recte originem vocis ex Ægypto petendam. Ægyptus antiquiſſimis temporibus regnum florentiſſimum. Hebræi primum nomades, ſine artibus. - - - - p. 51.

XIII. Argumentum continuatur, de opibus & artibus Ægypti, & textrinæ inventione ad Deos relata ab indigenis. - p. 57.

XIV. Voces Hebrææ ad rem veſtiariam ſpectantes ſunt Ægyptiæ originis. - - - - - p. 62

SECT. XV. Ægyptii linigeri, imprimis in ſacris. Hoc linum erat xylinum. - - - - - - p. 64

XVI. Ægyptii etiam mortuos xylino veſtiebant, quod confirmatur inſpectione linteaminis, quo mortui involuti: & etymo vocis GOSSIPIUM. Obiter nomen *Gabaræ* explicatur. p. 69

XVII. Merces ad rem veſtiariam ſpectantes, commercio Ægypti & Indiæ claræ, explicantur: imprimis OTHONION, eſt vox Ægyptia. Othonii 8 ſpecies. p. 74.

XVIII. SINDON aliud veſtis genus, Ægyptiæ originis. Sindonis 13 ſpecies enumerantur. p. 85.

XIX. De שעטנז. Ejuſque etymo e lingua Ægyptia petito. Erat veſtis xylina & fimbriata, figuris auro & lana pictis. p. 92

SECT. XX. Rationes ob quas uſus שעטנז Iſraelitis interdictus fuit lege Moſaica. 1. ut luxus abeſſet a gente ſacrata. 2. Ne Populus ad cultum idolorum pertraheretur. 3. Ut Sacerdotis ſummi dignitas inde magis eluceſceret. - - p. 97

MANTISSÆ

MANTISSÆ ÆGYPTIACÆ.

MANT. I. DE voce צפנת פענח. Gen. XLI. 45. - - p. 101

II. De voce אברך. Gen. XLI. 43. p. 110

III. De voce תֵּבָה. Exod. 113. 5. p. 113

IV. De voce כְּרוּב. Pſ. XVIII. 11. p. 116

V. De Topazio veterum - p. 117

FINIS.